MEDICINÆ DYNAMICÆ SPECIMEN QVARTVM.

HOC,

DEO CLEMENTER IVVANTE,

PRAESIDE

GEORGIO FRIDERICO SIGWART,

PHIL. MED. ET CHIR. D.

HVIVSQVE ET ANAT. P. P. O. FAC. MED. SEN. ET MED. AVL. WIRTEMB.

A. D. DEC. 1761.

PRO


CONSEQVENDIS SVMMIS IN MEDICINA HONORIBVS

H. L. Q. C.

TVEBITVR

CHRISTOPHORVS CVNRADVS KOELREVTER,

Sulzensis ad Nicrum.



TVBINGAE

LITTERIS SCHRAMMIANIS.

16

*

Quantumuis *bonus Theoreticus* ideo non ſemper ſit *bonus Practicus*, fieri tamen non poteſt, vt *bonus* ſit *Practicus*, qui non idem *bonus* eſt *Theoreticus*. Hinc, qui *Theoreticum non bonum* faciunt *Practicum bonum*, faciunt omnino ASINVM AD LYRAM.

Vid. *Pathol. general. p. 101.*

* *

Puri puti ſaepius exſiſtunt *Materialiſtae*, qui putantur *Pneumatici*, & *Pneumatici*, qui creduntur *Materialiſtae*, *Medici* quoque. Ab vtriſque callide ſubridendo ſuos merito contemni videas iudices non tantum neutrius, ſed nullius plane inter *Eruditos* conditionis.

Vid. *Metaph. medic. p. 99.*

* * *

Irritabile animal *homo* eſt, nec raro omnium *irritabilium*, *irritabiliorum* & *irritabiliſſimorum irritabiliſſimum*, *totus* quidem, & quoad *vtramque ſui partem*, & utroque caſu tam *phyſice*, quam *moraliter*, ac neutro *allegorice* talis habendus, ſed vtroque iterum *vere* ac reapſe.

Vid. *infra §. 33. ſqq.*

Eapropter in humana noſtra ſocietate praecauto opus eſt. Hinc, inquam,

Heus bone! crabrones parce irritare, ſed idem
Vano irritari, quo ſtrident, murmure parce!
Irritare nocet, nocet irritarier iſtis.
Irrita, crede, ſonant. Cur irritamine, quaeſo,
Hoc te ipſum punges, illo illos pungere coges?

Vid. *philoſ. moral. med. p. 176.*



LECTORI BENEVOLO
ET
NOBILISSIMO DOMINO
CANDIDATO RESPONDENTI
S. P. D.
PRAESES.



utata consuetudinis ſcena , prima heic aliaſque vltima , breuitatis ſtudioſus , vnaque , quod aiunt , fidelia duos parietes dealbaturus , in vnum confundo. Quae enim tum ad L. B. *tum ad* NOBILISSIMVM DN. CANDIDATVM , *commentationem hanc ſpeciminis inauguralis loco defenſurum , praefanda habeo , pauca ſunt. Haec nempe : Addidi* Conſpectui Medicinae dynamicae *iam edito heic alterum , vt* integrum *tandem illius exhiberem* ſyſtema. *Vt enim, quae per*



per fragmenta *protrudimus*, *complere studeamus*, *fas esse iudico.* Adnotatiunculae *subiectae non nulla*, *fateor*, *continent* paradoxa, *maxime circa* morborum aetiologiam (§. 22. sqq. 65. sqq.) *Sed cave*, L. B. *friuole isthaec pronunties* heterodoxa, *qualia ipsemet respuo. Complectuntur autem eaedem alia, eademque vlteriore meditatione neutiquam indigna momenta* physico-medica, v. c. *de famosissima illa, ac tantopere controuersiosa, nec dum tamen satis excussa* irritabilitate (§. 33. sqq.), *de* pharmacopoliorum *visitatoribus, horumque circa ista curis & officiis, deque illorum non modo, sed & ipsorum Practicorum medicorum maioribus auspiciis* (§. 85. sq.), *de viribus & substantiis* (§. 16. sqq.), *de cognitionis nostrae, circa illas versantis, limitibus* (§. 21. sq.), *de Organicis & Mechanicis, vtrimque non valde bene sic adpellatis* (§. 24. seq.), *de noua morborum diuisione* (§. 39, 45.), *de facili virium mensura medica* (§. 61.), *de aetiologia medica, altius petita* (§. 99.), *de animalibus alterius sphaerae* (§. 67. sq.), *de lue venerea, peste magis contagiosa* (§. 71.), *de venenis, eorumque a pharmacis discrimine* (§. 77-82.), *de Medicis veneficis & homicidis* (§. 84. sq.), rel. *Singula haec singularia* & paradoxa *defendam, defendetque mecum publice* NOBILISSIMVS DN. CANDIDATVS, *vterque pro viribus. Defendi nescia emendabimus pro conscientia.*

Ad TE, NOBILISSIME DN. CANDIDATE, & *de TE ad* LECTOREM BENEVOLVM *propiora haec adhuc habeo. In* laudando *aeque ac* vituperando *peccari posse* & personarum *respectu*, & loco, & tempore, & modo, *neminem latet: peccari autem dolent, neue vel* ipsi, *vel alii peccent, cauent & cauere iubentur boni omnes. Idem iidem cauent vbique, & in* academicis *suis praesertim* testimoniis. *Idem heic alibique cauere iubentur* legibus diuinis, naturalibus *adeo aeque, ac* humanis, ciuilibus, academicis, *nosque*



nosque noſtris *maxime iubemur. Hoc* ſtatutorum academicorum *momentum inculcandum mihi ſumſi in illa* de teſtibus & teſtimoniis academicis oratiuncula. *Hoc, vt vbique, ita in meis maxime ad* CANDIDATOS *noſtros* Epiſtolis gratulatoriis *inculcatum mihi ſenſi, adhucque & in praeſentia ſentio. Hyperbolen a me certe heic non exſpectas,* NOBILISSIME DN. CANDIDATE. *Pro mitiore enim temperamenti TVI ratione tantum abeſt, vt laudis, alios alias tantopere titillantis, irritabilitate TVOS turbari ſinas circulos, vt ne contrariis quidem ſtimulis facile irritari poſſe mihi videaris. Nonne vero (ita quis forte, immitiore irritabilitate praeditus, nos obiurgauerit) nonne obtuſior iuſto haec eſt* irritabilitas humana? *Non eſt, repono, quia a natura TIBI datum eſt ipſum hoc &* aegrius *&* parcius irritabile *temperamentum. Naturam vero reprehendere diuinas in ea ſcriptas leges, adeoque ipſum, qui has ſcripſit, illius* AVCTOREM *eſt reprehendere; ac proinde plane blaſphemum. Non perpendunt hoc ii, qui cenſoria ſua ſupercilia aduerſus quoſuis, quos ſe inferiores eſſe putant, proterue diſtringunt, perpetuiſque aliorum reprehenſionibus nihil aliud intendunt, quam vt aliis ſe nobiliores vbique oſtentent. Cognita eſt, quae ab ineunte iam aetate aliis TE commendauit, ſedatioris vitae TVAE ratio. Sorte TVA contentus, tranquillus, & ſine vlla vel rerum vel hominum perturbatione, domi interfuiſti laboribus* pharmacceuticis. *Hoc ſtudiorum genere, Medicis adeo neceſſario, probe iam inſtructus, ad noſtra tranſiiſti caſtra, in quibus eapropter non tantum* conſueto triennio, *ſed breuiori etiam tempore, abſoluere potuiſſes* ſtudium medicum. *Sed conſultius duxiſti, integrum ei impendere ſexennium. Neque quidquam* fini *TVO derogauit, quod per interualla quaedam domum reuerti coactus es. Neque enim, niſi debite finito* triennio *academico, hoc contigit, vnde ne hinc quidem, nec etiam ſtudiis TVIS, quidquam fuit detractum. Horum enim proſequendorum opportuniſſima TIBI fuit occaſio in*

 dexterri-

dexterrimi Parentis TVI officina, in qua operationes chymicas *&* pharmaceuticas *non tantum videre, ſed etiam, illo tam caro & fideli duce, TIBI ipſimet inſtituere licuit, haud neglecto interea temporis reliquo* ſtudio medico. *Quem enim infirmior tum TVA, tum optimi Patris, valetudo imperarunt ſeceſſum, eum in librorum, a Fratre TVO,* digniſſimo *huc uſque* Academiae Petropolitanae Profeſſore, *nunc in TVI & TVARVM Caritatum ſolatium reduce, relictorum lectione abs TE conſumtum eſſe optime novi. Taceo liberrimam illam* proficiendi opportunitatem, *quam ex* Cel. *Practicorum Sulzenſium formulis, in optimi Patris TVI officinam miſſis, perſpectaque inde illorum* medendi methodo, *haurire TIBI licuit. Simul igitur &* filii *erga* Patrem, *&* Philiatri *erga ſemet ipſum futuroſque* aegros *officiis ſatis feciſti. De eo, quo Muſis noſtris interfuiſti, tempore ego, mecumque omnes boni, candida teſtari poſſumus fide, in frequentandis* acroaſibus publicis *&* priuatis, *itemque* diſputationibus, *nulla, qua quid in rem TVAM prolatum iri iudicaras, hora neglecta, omnem abs TE comprobatam fuiſſe ſedulitatem. Ita vero plura, quam plures forſan, magis &* garruli *&* audaces, *non tantum praeſtare adlaboraſti, verum etiam re vera praeſtitiſti. Maxime ſane optandum eſſet, vt ii, qui longis TE interuallis relinquere ſibi aliiſque videntur, pro ſuo quiſque* virium modulo *ſua praeſtarent praeſtanda. In hoc certe ſubſiſtit humanum illud:* plus vltra, *aut fallit, & per praecipitia fert damno non reparabili. Diuina eſt illa humanitatis noſtrae regula:* ne quid vltra, ne quid infra! *Verum*

Hoc opus, hic labor eſt.

Neutiquam heic plane reticendum eſt TVAE, NOBILISSIME DN. CANDIDATE, *vitae academicae* decus alterum, *quod* probitas *TVA &* integritas, *omnium bonorum adplauſum merita, TIBI peperit. Hiſce nominibus dignum TE iudicauit Ordo noſter, cui largiretur veniam ſtudiis academicis finem imponendi. Finem iis imponat, precor,* DIVINA GRATIA. *Haec, vt latius diffundam preces, haec eadem deprimat, quidquid in noſtro quoque foro ab aurea* mediocritatis regula *abludit uſquam.*

CON-

CONSPECTVS
MEDICINAE DYNAMICAE ANTHROPOLOGICÆ (*a*).

Praecognoſcenda huius conſpectus (*b*).
Syſtema eius preſſius elaboratum (*c*).
A. Praecognoſcenda medicinae dynamicae anthropologicae (*d*)
B. Tractatio illius ſpecialior (*e*).
Pars I. Pathologia dynamica anthropologica (*f*).
Praecognoſcenda illius.
Sect. I. - - - - organologica (*g*).
Praecognoſcenda illius.
Cap. I. Morbi virium C. H. *generatim* ſpectati (*h*).
Art. I. Morbi quantitatis virium C. H. maxime elaſticarum & irritabilium in genere (*i*).
Punct. I. Multitudinis & magnitudinis earum exceſſus.
Punct. II. - - - defectus.
Tit. I. - - - imminutio morboſa (*k*).
Tit. II. - - - defectus plenarius.
Art. II. Morbi qualitatis virium C. H. iterum elaſticarum maxime & irritabilium (*l*).
Cap. II. Morbi virium C. H. *ſpeciatim* conſiderati
Art. I. Morbi virium C. H. *inquilini*, h. e. morbi virium C. H. propriarum (*m*).
Punct. I. Morbi virium *fluidorum* C. H. inquilini (*n*).
Tit. I. - - - *fluidi neruei.*
Tit. II. - - - *chymi* & *chyli.*
Tit. III. - - - *ſanguinis.*
Tit. III. - . - *limphae.*
Tit. V. - - - *ſaliuae* & *humoris pancreatici.*
Tit. VI. - - - *bilis.*
Tit. VII. - - - *ſeminis.*
Tit. VIII. - - - *aëris.*
Tit. VIIII. *cet.* - - - reliquorum fluidorum C. H.
Punct. II. Morbi virium *ſolidarum* C. H. partium inquilini (*o*).
Tit. I. - - - *neruorum.*
Tit. II. - - - *encephali.*

Tit. III.



Tit. III. - - - *cordis.*
Tit. IIII. - - - *vasorum.*
Tit. V. - - - *ventriculi* & *intestinorum.*
Tit. VI. - - - *musculorum.*
Tit. VII. *cet.* - - - reliquorum organorum solidorum, duriorum aeque ac mollium, sensoriorum, motoriorum, *cet.*

Art. II. Morbi virium C. H. *obsidionales*, i. e. respectu virium ipsius accidentalium obuii (*p*).

Punct. I. - - - *innati* (*q*).

Tit. I. Morbi virium C. H. *innati animales*, s. morbi energiae animae in corpus suum (*r*).

Class. I. Morbi innati animales *quantitatis* virium C. H. s. morbi quantitatis energiae animae humanae in corpus suum.

Ord. I. Animales virium C. H. excessus, s. excessus energiae animae humanae in corpus suum.

Loc. I. Praesentia excedentis huius energiae, subiectiue dictae.

Loc. II. Ipsa haec energia excedens obiectiue dicta.

Ord. II. Animales virium C. H. defectus, s. energiae animae humanae in corpus suum defectus.

Loc. I. Energiae huius imminutio morbosa.

Loc. II. - - - defectus plenarius.

Class. II. Morbi innati animales *qualitatis* virium C. H. s. morbi qualitatis energiae animae humanae in corpus suum.

Ord. I. Inexsistentia operationum animae, qualitate praeternaturalium.

Ord. II Earumdem in C. H. energia, obiectiue dicta.

Tit. II. Morbi obsidionales virium C. H. *innati materiales*, s. morbi energiae virium innatorum C. H. praeternaturalium (*s*).

Class. I.

Claſſ. I. Morbi energiae miaſmatum C. H. (*t*).
Ord. I. - - - purulentorum.
Ord. II. - - - ſcabioſorum.
Ord. III. - - - ichoroſorum.
Ord. IIII. - - venereorum.
Ord. V. - - - ſcorbuticorum.
Ord. VI. - - - leproſorum.
Ord. VII. - - - cancroſorum.
Ord. VIII. - - flatulentorum.
Ord. VIIII. - - - dyſentericorum.
Ord. X. - - - varioloſorum.
Ord. XI. - - - purpuraceorum, *cet.*
Claſſ. II. Morbi energiae ſolidorum praeternaturalium, C. H. innatorum (*u*).
Ord. I. - - - heterogeneorum.
Loc. I. - - - molarum.
Loc. II. - - - excreſcentiarum (*w*).
Mom. I. polyporum.
Mom. II. aliarum excreſcentiarum.
Loc. III. - - - ſtrumarum.
Loc. IIII. - - - verrucarum (*x*).
Loc. V. - - - calculorum, *cet.* (*y*).
Ord. II. - - - homogeneorum.
Loc. I. - - ſupernumerariorum.
Loc. II. - - - numero deficientium.
Punct. II. Morbi virium C. H. obſidionales *alienigenae* (*z*).
Tit. I. - - - ordinarii.
Claſſ. I. - - - ex alimentis, ſ. morbi energiae alimentorum in C. H. (*aa*).
Ord. I. - - - eduliorum (*bb*).
Loc. I. Morbi quantitatis energiae eduliorum in C. H. (*cc*).
Mom. I. Eduliorum in C. H. energia excedens.
Mom. II. - - - deficiens.
Num. I. morboſe imminuta.



Num. II. plane deficiens.
Loc. II. Morbi qualitatis energiae eduliorum in C. H.
Ord. II. - - - potulentorum.
Loc. I. Morbi quantitatis energiae potulentorum in C. H.
Mon. I. Potulentorum in C. H. energia excedens.
Mom. II. - - - deficiens.
Num. I. morbofe imminuta.
Num. II. plane deficiens.
Loc. II. Morbi qualitatis energiae potulentorum in C. H.
Claff. II. Morbi virium C. H. obfidionales alienigenae ordinarii ex atmofphaera, f. morbi energiae atmofphaerae in C. H. (*dd*).
Ord. I. - - - intuitu ponderis, eiufque vel
Loc. I. excedentis, vel
Loc. II. deficientis, verbo, leuitatis.
Ord. II. - - - intuitu elafticitatis, vel
Loc. I. iufto intentioris, vel
Loc. II. - - - remiffioris.
Ord. III. - - - intuitu denfitatis, ejufque vel
Loc. I. excedentis, vel
Loc. II. deficientis, verbo, raritatis.
Ord. IIII. - - - intuitu caliditatis.
Loc. I. - - - ficcae.
Loc. II. - - - humidae.
Ord. V. - - - intuitu frigiditatis.
Loc. I. - - - ficcae.
Loc. II. - - - humidae.
Claff. III. Morbi virium C. H. obfidionales alienigenae ordinarii ex veftimentis, f. morbi energiae veftimentorum in C. H. (*ee*).
Ord. I. Morbi quantitatis energiae veftimentorum in C. H.
Loc. I. - - excedentis.

Loc. II.

Loc. II - - deficientis.
Mom. I. morbose imminutae.
Mom. II. plenarie deficientis.
Ord. II. Morbi qualitatis energiae vestimentorum in C. H.
Loc. I. - - ex qualitate illorum propria.
Loc. II. - - ex qualitate illorum accidentali.
Class. IIII. Morbi virium C. H. obsidionales alienigenae ordinarii ex Venere (*ff*).
Ord. I. - - in sexu potiori.
Ord. II. - - in sexu sequiori.
Tit. II. Morbi virium C. H. obsidionales alienigenae extraordinarii.
Class. I. - - Spirituales, s. morbi energiae spirituum in C. H. (*gg*).
Ord. I. - - infiniti.
Ord. II. - - finitorum alterius
Loc. I. - - antea nunquam,
Loc. II. - - antea vmquam nostri huius fori (*hh*).
Class. II. - - Animalium nostrae sphaerae (*ii*).
Ord. I. - - rationalium i. e. hominum, sanorum aeque, ac morbosorum.
Loc. I. in semet ipsos.
Loc. II. in alios (*kk*).
Mom. I. grauidae in fetum.
Mom. II. fetus in grauidam (*ll*).
Mom. III. immunditie qualicumque externa scatentium.
Mom. IIII. chronice in pede sudantium.
Mom. V. purulentorum (*mm*).
Mom. VI. scabiosorum.
Mom. VII. variolosorum.
Mom. VIII. vlceratorum (*nn*).
Mom. VIIII. scorbuticorum.
Mom. X. leprosorum.
Mom. XI. cancrosorum.



Mom. XII. venereorum.
Mom. XIII. dyſentericorum.
Mom. XIIII. maligne febricitantium (*oo*).
Ord. II. - - irrationalium, verbo, brutorum.
Loc. I. vermium (*pp*).
Loc. II. pediculorum (*qq*).
Loc. III. hirudinum (*rr*).
Loc. IIII. *cet.* aliorum brutorum & infecto-
rum, tam intra, quam extra C. H.
Claſſ. III. - - inanimatorum in C. H.
Ord. I. - - mixtorum & fluidorum.
Loc. I. - - ſalſorum.
Mom. I. - - corroſiuorum.
Num. I. - - venenatorum (*ss*).
Partic. I. - - acidorum.
Paſſ. I. - - fixorum.
Paſſ. II. - - volatilium.
Partic. II. - - alkalinorum.
Paſſ. I. - - fixorum.
Paſſ. II. - - volatilium.
Partic. III. - - acido-alkalinorum.
Paſſ. I. - - fixorum.
Paſſ. II. - - volatilium.
Num. II. - - medicatorum.
Mom. II. - - non corroſiuorum (*tt*).
Num. I. - - acidorum.
Partic. I. - - fixorum.
Partic. II. - - volatilium.
Num. II. - - alkalinorum.
Part. I. - - fixorum.
Part. II. - - volatilium.
Num. III. - - acido-alkalinorum.
Partic. I. - - fixorum.
Partic. II. - - volatilium.
Loc. II. - - ſulfureorum.
Mom. I. - - opiatorum, ſtrictius ita
dictorum (*vv*).

Mom. II

Mom. II. - - ſpirituoſorum.
Mom. III. - - oleoſorum.
Num. I. - - aethereorum.
Num. II. - - vnctuoſorum.
Mom. IIII. - - halituoſorum (*ww*).
Num. I. - - fermenteſcentium.
Num. II. - - putreſcentium (*xx*).
Partic. I. - - internorum.
Partic. II. - - externorum.
Loc. III. - - calidorum. (*yy*)
Loc. IIII. - - frigidorum.
Loc. V. - - lucidorum (*zz*).
Loc. VI. - - aqueorum (*aaa*).
Loc. VII. - - terreorum (*bbb*).
Mom. I. - - ex regno animali.
Mom. II. - - vegetabili.
Mom. III. - - minerali.
Loc. VIII. - - aliorum.
Ord. II. - - ſtructorum (*ccc*).
Loc. I. - - oculis,
Loc. II. - - auribus,
Loc. III. - - naribus,
Loc. IIII. - - tracheae,
Loc. V. - - primis viis,
Loc. VI. - - viis vrinariis,
Loc. VII. - - partibus genitalibus,
Loc. VIII. - - integumentis communibus,
Loc. VIIII. - - muſculis,
Loc. X. - - glandulis,
Loc. XI. - - neruis,
Loc. XII. - - ligamentis,
Loc. XIII. - - cartilaginibus,
Loc. XIIII. - - oſſibus,
Loc. XV. - - reliquis viſceribus, meatibus, ſolidisque ac fluidis partibus C. H. vel inſidentium, vel foris adplicatorum.

ADNOTATIVNCVLÆ.

§. I.

Quae sequuntur meditationes, quales sint, tales quoque dicendas esse, probe intelligens, eas in *diminutivo* (sit venia verbo) dico *adnotatiunculas.* Neque enim, vt mox videbis, LECTOR BENEVOLE, quae dicenda heic sunt, *notarum* aut *commentariorum* merentur nomen, vtpote non *carptim* modo, sed *strictim* etiam delibanda. Cape TIBI hoc, quisquis aliquam fortasse modestiae laudem me heic aucupari suspicaris. Equidem tantam non esse sentio meam vel modestiam, vel modestiae cupidinem, vt alia, quam quae sunt, esse, aut alio, quam quo habenda sunt, loco habere haberique mea cupiam, alienus quippe, quam qui maxime, ab eorum consuetudine, qui, lepidam, adeoque risu, quam commiseratione digniorem sui extenuationis usurulam capiendi sordide auaro impulsi studio, se suaque inferiori & viliori pretio habere se perbelle simulant, vt ab aliis superiori eminentiorique habeantur.

§. II. Neque tamen, vt vt discerptae, & per fragmenta quasi in chartam coniectae, *tenuique* praeterea nec *continuo* filo fluentes hae meditatiunculae (§. I.), inutiles statim erunt, aut minus necessariae. Enimuero haud falso suspicari licet, primo obtutu multa multis in hoc *Conspectu obscura*, *paradoxa*, *aequiuoca*, *manca*, *superflua*, *a fori nostri vsu* longius *remota*, adeoque *minus vtilia*, quin & *heterodoxa*, *erronea*, aut plane *falsa*, aliisue modis *dubia* visum iri. Obiectiones hasce non demum in cathedra publica ab ERVDITISSIMIS DNN. OPPONENTIBVS exspectandas, sed heic loci statim anticipandas, earumque saltem neruum praescindendum esse iudicaui, vt alia, eademque forsan grauiora, habeant, quibus oppositis excussisque, *systemati*, quod molior, maior concilietur *concinnit s* atque *soliditas*. Neque enim, quin neutro horum ornamentorum careret, dubium mihi est, nisi ipsemet in condendo illo grauioribus aliorum Architectorum consiliis auxiliisque fuissem destitutus. Si qui tamen interim adiutum me ire dedignati haud fuerint, in illo, licet iam praestructo, male structa destruere, quaeque pulchrius, solidius atque vtilius exstruere licebit, de integro exstruere neutiquam recusabo, aut vlli mihi vsquam ducam dedecori. Doceant meliora MELIORES ARTIFICES! Porrigant manus auxiliatrices OCVLATIORES in genuinis disciplinarum, ad academicos maxime *docentium* & *discentium* vsus comparatarum, *systematibus* condendis ARCHITECTI! Quaecumque suppeditauerint, ambabus adripiemus manibus. Hoc ipso etiam *consilio* factum est, vt, praeter nupera, praesens faceremus periculum, eodemque fiet, vt plura in posterum faciamus, in optimorum PHILIATRORVM nostrorum, vel nostros certe *domesticos*, *vsus* cessura.

§. III. Tria autem tribus Dissertationibus publici iuris feci *Iatrodynamices* specimina, ob commodiorem illorum in sequentibus *citationem* non tam temporis, quam rerum vsusque ordine heic nominanda: *vnum* quidem, quo *fragmenta dynamices* HIPPOCRATICO-GALENICAE, *sparsis monumentis memoriae prodita*; *alterum*, quo *medicinam dynamicam summatim praefinitam*; tertium denique, quo *conspectum pathologiae anthropologicae* exhibui. Adspice nunc, manuque benigna excipe *quartum*, quo *Conspectum Pathologiae organologicae anthropologicae* sisto!

§. IIII.

§. IIII. *Conſpectum* quidem (§. 3.), ad *morborum corporis humani*, vt priorem ad morborum *animae humanae ſeriem*, adornatum, eumdemque, praeter praeſentes, in *praelectionum* quoque *academicarum* & *clinicos vſus* ita exaratum, vt, cum illo coniunctus, ſin minus vniuerſae fori noſtri medicinae anthropologicae, at eiuſdem certe nominis pathologiae index eſſe poſſit atque archetypus.

§. V. Poſſent quidem in illo (§. 4.), quot verba ſunt, tot quoque, immo longe plures, ſeparatae diſtinctaeque *analyſes* & *epicriſes* totidem diſtinctis ſubiungi *characteribus*. Sed quia verendum eſt, ne horum multitudo lectores obruat, vel ſaltem crebriores huc illuc recurſus corporis mentiſque oculos fatigent, malui integris *partitionibus* & *ſubpartitionibus* ſuas adiungere *adnotatiunculas* (§. 1.), ſub ſingulis ſignis, minorum litterarum romanarum ordine exprimendis, plures vna comprehenſurus.

§. VI. *Paragraphis* inſuper (§. 5.), quos, vt cogitatorum in iſtis heic & alibi repetitu fortaſſis neceſſariae *citationes* ſint faciliores, *numeris* pro more diſtinxi, pariter non modo totidem ſingulares, ſed plures complectar meditatiunculas, quum id inſtituti ratio (§. 1.) permittat, ob quam in praeſentia exſcribendas non ſumo ſingulorum cogitatorum, totidem alias numeris diſtinguendorum, *analyſes*.


§. VII. Praeterea (§. 5, 6.) praeſentes *analyſes*, vt vt contractiores, atque hinc inde diſſitas (§. 1.), non tamen obſcuras, nec adeo diſiunctas, aut ſuperiori *conſpectui* ea neceſſitate internexas ſiſtam, vt, per ſe ſine illo lectae, intelligi nequeant, ſed ita eas diſponam, vt ab illis etiam, qui ipſum *conſpectum* legere, ſuoque iudicio ſubiicere, nihil ſua intereſſe exiſtimarint, legi poſſint, tametſi ille ſine his & lectu & intellectu ſit difficilior.

(*a*)

§. VIII. A limine ſtatim rubri & nigri nexus admodum obſcurus facile videri poſſet, licet hoc cum illo perpulchre conſentiat. Rubrum indicat *quartum medicinae dynamicae ſpecimen*. Nigrum a fronte inſcriptum habet *conſpectum medicinae dynamicae anthropologicae*. *Conſpectus* vero, quem heic ſiſto, eſt *conſpectus dynamices pathologicae anthropologicae*. Quis hic rubri nigrique conſenſus? En tibi iſtum! *Medicinae dynamicae quartum*, adeoque ad tria illa ſuperiora (§. 3.) relatum, promittitur *ſpecimen*. Habito itaque, euidenterque ſic expreſſo, praeſentis ſpeciminis ad illa reſpectu, *quarto* hoc id, quod ſupererat, indicatur ſpecimen. Reſtabat autem cœpti conſpectus pars altera, ideo nunc addenda, *conſpectus* videlicet *medicinae dynamicae ſomatologicae*, quae alteram vniuerſae *medicinae dynamicae anthropologicae* partem conſtituit.

§. IX. Neque (§. 8.) *methodi* legibus repugnat, aut obſcuri quid habet, quae a fronte nigri legitur, inſcriptio, quippe quae non eſt praeſentis *dynamices pathologicae* inſcriptio, ſed *medicinae dynamicae* in genere, *anthropologicae* puta. Ita vero congruus a toto ad partem fit tranſitus, inſimulque, quo loco praeſens *Dynamices* tentamen ſit habendum, intelligitur. Quemadmodum enim, quaecumque tractamus, ſuum ſibi determinatum locum in integris diſciplinarum noſtrarum *ſyſtematibus* poſtulant: ita eumdem quoque illis adſignari expedit, vt vbique mox, prouti decet, in iis locari, ſicque locata in nexu ſuo plenius poſſint intelligi.

§. X.



§. X. Constitueram equidem *conspectui pathologiae psychologicae*, nuper iam edito (§. 3.), integrum addere *pathologiae organologicae*, alteram omnino vniuersae *pathologiae anthropologicae* partem constituentis, *conspectum*, *completum* hac ratione nostrae huius *pathologiae systema* publicaturus. Verum, quo minus eo vsque protenderem laborem, praeter alia, *finis* harum paginarum, arctioribus limitibus calamum circumscribentium, obstabat. Neque vero ideo prohibebar, ne aliud quoddam, alio fundamento posito, *completum* exstruerem *systema*, *pathologiae* nempe *dynamicae*, nondum exaedificatae, vtpote cuius pars altera, *somatologica*, deerat, ei, quam in tertio *specimine* (§. 3.) tradidi, addenda, supraque in exhibito *Conspectu* nunc addita. Prodiit itaque plenus vniuersae *Pathologiae dynamicae* conspectus, cœptique operis complementum. Ex quo euidentius vna elucet indicatae (§. 9.) in rem praesentem introductionis ratio.

(*b*)

§. XI. Quid *disciplinae* alicuius *conspectus technice* innuat, dixi in citata (§. 3.) *Dissertatione III.* §. 24. Num vero eiusdem legibus, ibi sancitis, secundum quas *adaequatus*, adeoque *plenus*, neque tamen *alienis* abundans, *genuinus*, & a *partitionum fallaciis* liber, sicque a quocumque *schemate* alio non *systematico* plane diuersus esse debet, satis fecerim, aequiores iudicent rerum arbitri. Saltem, etiam si forte praestanda non praestiti, praestare tamen, quoad eius fieri potuit, totis contendi viribus. At vero,

vt desint vires, tamen est laudanda voluntas,

&

est aliqua prodire tenus, si non datur vltra.

§. XII. Cur vero nude obiterque nominantur tantum, nec elaborata exhibentur huius conspectus *praecognoscenda?* Talia, fateor, omnino requiruntur, quoties elaborati quid in orbis litterarii orchestram producere volumus. Alias enim vel a fronte iam defectum ostendunt scripta ceteroquin elaboratissima. Atque ob hanc ipsam quoque rationem elaboratiora *praecognoscenda* praemisi *conspectui pathologiae psychologicae* in citato (§. 3.) *specimine tertio.* Tantum igitur abest, vt hunc *defectum* in praesenti scripto non agnoscam, vt eundem ipsemet non tantum ibi euitauerim, sed & euitandum esse heic statuam, neque non euitasse me negem. Verum hic pariter, ac *praefationis* alicuius, in se alias non aeque vbique necessariae, defectus ex praesenti aestimandus est *fine*, qui, quam fieri poterat, maximam exigebat *breuitatem.* Accedit, quod ex ipsis modo indicatis elaboratioribus *praecognoscendis*, mutatis hinc inde mutandis, facili negotio, quae huc pertinent, repeti licet.

(*c*)

§. XIII. Inoffenso igitur (§. 12.) pede progredi possumus ad *systema* illius pressius elaborandum. *Pressius*, repeto, quoniam ipsa illius praecognoscenda aliquam ipsius *partem*, generaliorem puta, constituunt. *Systema* dico, quod heic molior opus, non *delineationem*, quoniam hic terminus, vt vt vsitatior, minus tamen *technicus* mihi videtur. Neque *primas* tantum ita duco *lineas*, vtpote quibus non struitur, sed quo struendum modo sit, praemonstratur. Ipsa vero heic iam iacta *medicinae dynamicae* fundamenta, exstructaque eius tigna tignorumque contignationes conspicis, apertas quidem & veluti fenestratas, sed quibus molem adstruere peritis in arte Archi-

tis non possit non esse facillimum. Perpetua enim disciplinarum compagi potius col-
ocanda est sedes, quam vt, immenso docentium discentiumque sumtu ac labore, mu-
ata per singula semestria acroasium academicarum facie, noua consurgant struantur-
ue *systemata*, *schemata* verius dixerim, studiorum ordinem potius peruertentia, quam
diuuantia.

(*d*)

§. XIV. Alia praeterea (§. 12.) est ratio *praecognoscendorum* ipsius *medicinae dyna-
nicae anthropologicae*, quorum, vtpote in *specialiore* demum huius disciplinae tractatio-
e *euoluendorum*, nuda heic sufficit indicatio. Quemadmodum autem illa *integra*, ita
ntegrantes quoque illius *partes*, exstantiores praecipue, sua suo iure postulant *prae-
ognoscenda*. Quo factum est, vt non heic tantum, sed & in *Parte* ipsius *prima*, hu-
isque *sectione prima*, expressiorem eorum iniicerem mentionem. Reliqua, quae in
rogressu *systematis* hinc inde inserenda videbuntur, suo quaeque tempore ac loco, sub
psa specialiore & pleniore disciplinae huius elaboratione, addi poterunt.

§. XV. Si quis tamen (§. 14.) *Dynamices* in genere, & *Iatrodynamices* in spe-
e, vniuersalia *praecognoscenda euolutiora*, quaeque inde altius & ab ouo, quod
unt, repetenda sunt, *prima* eiusdem *fundamenta* desiderauerit, is illa iam iacta &
raestructa in citata (§. 3.) *Dissertatione II.* inueniet. Pauca, pro præsenti instituto,
tis heic addam, vel potius, pro praesenti meditationum mearum filo, paullulum ali-
r excussa inde repetam.

§. XVI. *Dynamice*, graecae originis vocabulum, nomen habet a *viribus*. *Vis*
cit aut *substantiam*, aut *substantiae modum*, s. *facultatem*. Sed *recepto dicendi genere*
on dicit *substantiam*. Ita philosophi loquuntur de *anima*, tamquam *substantia*, eaque
nplici, cui *vim* aut *vires* tribuunt, s. *facultatem* aut *facultates actuandi*, cogitandi
empe, adpetendi, & loco mouendi. Fac, *vim* esse diciue *substantiam*, haec, quae
s est vel dicitur, *substantia* ab alia discerni debet *substantia*, quae non est *vis*. Atqui
ero huius discriminis determinationem nusquam lego, nec eius rationem concipio.
is sui *inhaesionis subiectum* postulat, quod quidem est *substantia*, quae eatenus audit
tiua.

§. XVII. Ita vero (§. 16.), regeris, *substantia* tamen erit vel *passiua*, vel *actiua*,
uae posterior *vis* diceretur. Verum eo ipso vsus loquendi demonstrat, *vim* & *substantiam*
tiuam non esse *synonyma*, & *vim* vsitate non dici ipsam *substantiam*, sed *substantiam*
ocari *actiuam*, *quatenus* ipsi inest *vis*, *quatenus*, inquam, *vi* praedita est. Neque
im vllam concipio *substantiam mere passiuam*, sed in ipsa *substantiae* idea semper ali-
uid *actiui* video. Taceo, demonstratu admodum facile esse, *finita mere passiua* in
ptimo hoc mundo locum non inuenire, neque eapropter ab *actuosissimo* INFINITO
e condita. Ponamus vero, *substantiam actiuam* & *vim synonymice* dici: alteruter cer-
terminus erit superfluus, adeoque in *technico dicendi genere* expungendus.

§. XVIII. Deinde (§. 17.), qui *vim* faciunt *substantiam*, & *vim* tribuunt *substan-
tiae simplici*, v. c. animae, illi *substantiam* in *substantia* ponunt, adeoque non amplius

habent

habent *simplex*, sed *compositum*, quidquid regerant, qui de *extensis per se talibus*, h
est, de *atomis* loquuntur. Hi enim hosce vel similes *terminos* substituendo fictas
mathematicas notiones cum realium conceptibus confundunt.

§. XIX. *Vis* ergo (§. 16-18.) est substantiae facultas actuandi. Conf. *cit.* (§. 3
Diss. II. §. 107-130.

§. XX. Ex quo (§. 19.) palam est, frustra esse eorum ἀκρίβειαν, qui tanto
re cauere student, ne *substantiae simplici*, vt *animae humanae*, vna plures tribuant
res, & quando de illius *viribus* loquuntur, per eas se non totidem *vires*, sed vn
eiusdemque *vis* totidem veluti *partes* aut *determinationes* intelligere, anxie monen
quasi vero *substantiis simplicibus* plures tribuere *vires* idem esset, ac *simplicitatem* earu
tollere. *Actiuae substantiae simplicitati* adeo non repugnat *virium*, dicto sensu accep
rum, *pluralitas*, vt potius ipsi repugnet vel vnica *vis*, quam iidem saepe Philoso
substantiam faciunt, alteri *innatam* s. insitam (§. 18.).

§. XXI. Liquet itaque (§. 16-20.) *medicinae dynamicae veritas.* Quid vero, c
mas denuo, clamose nimisque pugnax *Dynamices* obtrectator, quid ad nos, reclar
tas, ista veritas? Quis inter nos cognitionis huius vsus? Quis nostrum *substantias*
substantiarum cognouerit *vires*? Nonne istae nos profunde latent? Nonne itaque
topicae sunt nostrae de iis speculationes? Heus! Recinisne iterum iterumque, quod ia
cecinisti classicum? Ego vero receptui cano iterum iterumque. Repete iam dicta in
tatis (§. 3.) *Dissertationibus.* Relege maxime, quod in *secunda* §. 254-261. sa
superque euictum dedi. Adde his, si vacat, (vacabit autem haud inutiliter) *l.*
§. 189, 210, 234. Omnibus supperaddo sequentia: Latent nos, id quod lubens la
gior, & aeque quidem profunde nos latent *substantiarum vires*, ac ipsae *substantiae*, s
a priori tantum, neque iccirco *aposteriori* quoque. Si quid etiam aut in hac, aut
altera vita nobis, vel aliis altioris fori, suoque nos intellectu longe superantibus spiri
tibus, peculiari quadam reuelatione de *substantiarum* ac *virium*, illis insitarum, vltim
intima & essentiali *radice* (venia sit termino, fortassis haud magnopere *technico!*) m
nifestari posset, *mysteriosa* tamen, idque in omne æuum, foret talis *supranaturaliter* e
am concessa cognitio. Hanc quippe SIBI SOLI SVMMVS *substantiarum* ac *virium* Sat
Statorque & Conseruator reseruauit, ita quidem, vt ipsi DEO similes & æquales fi
velle existimandi sint *finitorum Philosophorum* omnes & singuli, qui haec *naturae* n
arcana, sed *mysteria* plane, indagine sua eruere friuole audent. Ipsa *acutissimorum* PH
LOSOPHORVM loquantur *exempla!* Quid, amabo, vel ad cerebri & cerebelli sui c
paturam usque hisce meditationibus intenti, inde a vetustissimis temporibus ad ha
usque memoriam in negotio hoc mysteriorum plenissimo usquam profecerunt? No
ne, vt alibi, ita & heic imprudenti plane ausu eo contendunt, ut, quae cogitari n
queunt, cogitare tamen conentur? Nonne ita vel summa meditationum suarum a
tie ne eo quidem prouecti sunt, ut sapiant non modo, quae sint, quae non dum
piant, sed vel maxime, quae sint, quae sapere prorsus nequeant? Nonne, ad p
maeuorum tantae sciendi cupidinis, consecutique inde lapsus, exemplum, haud a
similes illis *Philosophi* quasi *Paradisiaci* aeque infausta catastrophe

tolluntur in altum,
Vt lapsu grauiore ruant?

§. XX

§. XXII. Neque tamen ideo (§. 21.) omnis nobis denegata eſt *virium* indago. *A poſteriori* nobis legere heic licet diuina actuoſitatum in operoſiſſima hac rerum vniuerſitate veſtigia. *Subſtantias* earumque *vires*, ad quas *a priori* plane caecutimus, hac tamen via quadamtenus adſequimur. *Effectus* vbique teſtantur de *cauſis*. Manifeſti autem nobis ſunt animae noſtrae effectus, hoc eſt, operationes ipſius. Ex hiſce noſtra ipſorum innoteſcit *ſubſtantia actiua*, quam dicimus *animam* noſtram. Ex operationis, quam ipſa exſerit, varietate intelligimus *vires* ipſi conceſſas. Manifeſtatiſſima porro nobis ſunt phaenomena tam *microcoſmi* noſtri, quem proxime incolit *anima* noſtra, quam *macrocoſmi*, quem illius interuentu incolimus. Exploſa quidem dudum eſt fabula iſta, qua omnes, quae in *corpore* noſtro contingunt, mutationes ab ſola *anima* proficiſci finguntur. At mouet tamen illa ſemet ipſam, & *corpus* ſuum *organicum*. E. ipſi quoque data eſt *vis motrix*. In *macrocoſmo* etiam inanimato perpetuas obſeruamus corporum *mutationes* ac viciſſitudines. Hae *motus* ope contingunt. *Motus* autem non, niſi *a viribus motricibus*, producuntur. E. in *materia* inſunt *vires motrices*. Qualescumque quis adſumſerit, & vndecumque illas deduxerit, mihi quidem perinde eſt, qui heic *in genere* tantum earum *veritatem* & *exſiſtentiam* adſtruo.

§. XXIII. Quemadmodum ex mundi huius materialis *mutationibus* ad *motuum* viciſſitudines, atque a motuum *qualitatibus* ſ. *directionibus*, & *quantitatibus* ſ. *celeritatibus* ad *virium*, vnde promanant, *quantitates* & *qualitates*, & *conatuum* earum *directiones* certiſſime, vt *ab effectibus* ad *cauſas*, argumentari licet (§. 22.): ita obſeruamus quoque certoque experimur, *naturae mutationes* aeque, ac *motuum* in iſta *celeritates* ac *directiones* arti noſtrae eſſe ſubiectas, nec minore certitudine inde colligimus, *vires naturales* & morboſe adfectas, ſ. *praeternaturales*, earumdemque directiones atque adplicationes curis noſtris obnoxias & obſequioſas eſſe. Et in hoc proxime fundatur *Medicinae* noſtrae *dynamicae* euidentiſſima veritas. Conf. *cit.* (§. 3.) *Diſſ. II.* §. *195-202.*

§. XXIIII. Suam quidem non repudiabunt, bene tamen noſtram *Dynamicen*, qui illam *naturam* ſuam, ſ. *principium* ſuum *vitale*, quod ipſis ſolius *animae vis* eſt, praeterea que nihil, ore ſcriptiſque ad nauſeam, vel riſum potius, vbique crepant, atque in hiſce pariter, ac ad aegrotorum lectulos, omnium aures vna eademque, idque ſatis & clamoſe & importune, obtundunt *cantilena pathologica*, quae tota in hoc eſt, vt quoslibet morbos, fluxus aluinos, ſpaſmos, atonias, conuulſiones, febres, *cet.* totidem *naturae* ſ. *principii* illius *vitalis*, id eſt, *animae*, *conatus* & *molimina* pronuntiet, quibus illa qualiacumque a corpore ſuo deamato pericula & damna auerruncare nitatur, quae ipſi finem hunc intentum obtinere non liceat, motus iſtos eluctatorios abiiciat, paralyticum aut apoplecticum relictura ſuum ergaſtulum. Perpulchre ſane hoc pacto una eademque definitione definitos ſiſtunt morbos omnes & ſingulos, adeoque vniuerſam *pathologiam* ſuam *definitiuam* vno exhauriunt hauſtu. Nimis vero ſcitus es, qui hanc edidiciſti *Dynamicen pathologicam!* Scitior mox eris, quin omnium ſcitiſſimus, ſi ſine mora addideris *therapeuticen* aeque breuem, & aeque facile citoque ediſcendam: modo hanc *naturam* & huius *naturae conatus* ſapienter reſpicere ac ſequi vna didiceris. Sic enim edidiciſti totam *Medicinam*. Parce igitur nimium incumbere in hoc ſtudium! Parce ſanitati, parce nummis, parce tempori! Non triennio, non integro anno, non aegris aliquot menſibus, opus tibi poſthac erit: ſed vno menſe, vno die, vna hora,



quin vnius horae duobus tribusue minutis primis, edifcere poteris vniuerfam *medicinam*, vniuerfam *dynamicen medicam*; primo fcilicet *pathologiam*, altero *materiam medicam*, tertio *therapeuticen*. Sic heic quoque, vt alibi in academico ftudiorum curfu,

accidit in puncto, quod non fperatur in anno,

& faepius ne in triennio quidem. Sapienti fat! Sat TIBI, fapientiffime ORGANOLOGICE, qui vulgo, neque tamen valde bene, falutaris *organicus*! (Conf. *Oratio* mea *inauguralis de idea medicinae organologicae irenica.*) Caue tamen credas, a TVA me *Dynamice* prorfus effe *alienum*, qui in citato (§. 3.) *Confpectu* ipfam adeo *animam* feci *morbofam*, nuncque TEcum facio plane *morbificam*, f. morborum in fuo ipfius corpore genitricem!

§. XXV. Iam nunc (§. 24.) adito mecum, fi placet, quos, licet itidem minus *technice*, adpellitant MECHANICOS. Trahamus hos in noftras partes, ni ipfi in fuas nos traxerint, vt vel alterutra ratione amico Medicinae vinculo confpiremus! Magni non tantum nominis funt Viri, fed meritis quoque celebratiffimi, quos *mechanice* philofophari cernimus. Confentiunt hi nobifcum in eo, quod *morbofas animae in corpus fuum* agnofcant *energias*. At hi ipfi, interpellas, *animae*, fanitatis & morborum creatricis, *viribus* iufto minus, *corporis* autem *viribus* plus, quam par eft, tribuunt. Verum TVMET ipfe, contraria vtrimque hypothefi, *illis*, fi non omnia, faltem iufto plura, & *his*, fi quid etiam tribuis, iufto tamen tribuis minus. Additis itaque addendis, demtifque demendis, ex TVA aeque, ac altera parte, pulchra prodibit *eclectica* & *conciliatrix Medicina*, quam follicite quaerunt, inuentamque cupidis amplectuntur vlnis genuini veritatis rufpatores, qui non, quis quid dixerit, fed, quid quis dixerit, curant. Aut nullius, aut huius *fectae*, ftudium nos decet. Hanc, fi vis, fi etiam potes, fequere mecum! Neque enim alio focietatis vinculo vlli in foro litterario adftringi me patior.

§. XXVI. Mirum fane, ab vfu noftro remotiora faepe videri, quae tamen cum illo proxime confpirant, nobifque funt coniunctiffima. Ideone vero *Iatrodynamice* noftra maiore fui cultura indigna eft aut inutilis, quia nouior eft & inufitatior? Miferam vero ab infuetudine rei ad eius inutilitatem confequentiam! Aeque culpandus hic eft *paralogifmus*, ac ille, quo, quae vfu funt receptiora, ideo quoque vtiliora ac nobiliora effe cenfentur. Vfitatiffima fane faepiffime funt inutiliffima. Teftantur id, pro dolor! *medica* maxime *exempla*, *medicamina* nominatim, parum vel plane non efficacia, at quotidiano tamen vfu recepta, caecaeque confuetudinis raptu pro faluberrimis habita, quum e contrario minus vfitata, vulgoque neglecta remedia, faepius vtiliora quin vtiliffima effe, inter oculatiores conftet. Ita conftat quoque, inque foro noftro comprobatiffimum eft, exquifitiores, vt vt a triuiali promotorum & non promotorum Practicorum tramite longe recedentes, *theorias* aeque, ac *praxes medicas*, generis humani faluti multo opitulari eminentius. Idem de folidiore, licet inufitatiore, *dynamice medica*, tam *theoretica*, quam *practica*, adferere fine audacia audeo. *Vires* praecipuum illud funt, quocum in vniuerfa medicina nobis res eft. Suae funt *vires* aegrorum corporibus, fuae remediis medicis; non quidem mere *mechanicae*, fed *relatiuae*, vtpote ex *organica* corporis viui conftitutione aeftimandae & metiendae.

Illa

Illae proinde, quoad qualitatem, directionem & menfuram cognofcendae, *Dynamicen* noftram *pathologicam* a potiori conftituunt: *hae* vero, ex illarum conditione determinandae, *materiam* noftram *medicam* eminentius complent, & *vtrarumque* mutua coordinatio, menfuratio, & determinatarum adplicatio vnice veram & folidiorem noftram exhibet *therapiam*. Ex quibus omnibus refultat *Medicina* noftra *dynamica*, *Dynamices adplicatae* pars primaria, fecundum *cit.* (§. 3.) *Diff. II.* §. 191-193. *Medicina*, inquam, *dynamica*, tam *theoretica*, quam *practica*, & vtrimque tam *mathematica*, quam *philofophica. l. c.* §. 224. Apage igitur, qui ad haec nondum preffo obmutefcis ore, & obftipa ceruice *mortuae* inhaerefcis *materiae*, folis, inquam, *materiae morbis*, & *chaoticae* illi *medicorum materiae*, MATERIALISTA miferrime! Vale! iterum iterumque vale! Abs TE ad rem ipfam propius fpectandam propero.

§. XXVII. Cur in praefenti *fyftemate*, quam tracto doctrinam, *medicinam dynamicam* nominauerim, nec *fubftantiue dynamicen medicam*, aut *Iatrodynamicen*, nifi forte variationis caufa in praefentibus *adnotatiunculis*, utpote laxius dicendi genus non prohibentibus, indicaui in *cit.* (§. 3.) *Diff. II.* §. 201-209. Ex eadem ratione *in fyftematis* progreffu inferiores huius *difciplinae* partes, primam fcilicet, *Pathologiam dynamicam*, nec *Dynamicen* aut *Iatrodynamicen pathologicam*, alteram *materiam medicam dynamicam*, nec *Dynamicen materiae medicae*, tertiam *Therapeuticen dynamicam*, nec *Dynamicen therapeuticam*, adcuratius adpellandas effe iudicaui. Praeterea *terminus Iatrodynamices* partim magis, aut non nullis, qui toti non funt Graeci, plane *peregrinus*, vtpote totus graecus, partim *aequiuocus* videri, & de fola *Iatrologia*, *medicinam ftrictius dictam*, quatenus nempe *Chirurgiae* opponitur, alias defignante, intelligi potuiffet.

§. XXVIII. Cur vero in prima *Medicinae dynamicae Parte*, eiufdemque *Sectione prima* (*pag.* 3.), *pathologiam* dynamicam, quae circa C. H. *vires morbofas* verfatur, non *fomatologicam*, fed *organologicam* nuncupauerim, hocque fub charactere *pfychologicae* oppofuerim, rationem pariter iam reddidi in modo *cit. Diff.* §. 235-244. *Somatologica* latius patet, quam *organologica*. Quare illa denominatio *iufto latior* fuiffet, infuperque non fatis *apta. Corpus humanum* eft corpus animale. *Animalia corpora* ab aliis huius vniuerfi corporibus non animalibus longiffime diftant, adeoque ab his difcernenda funt. Difcernuntur autem ab ipfis *organifmi* praerogatiua. Hinc illa *organica*, quique in ea cadunt morbi, *organici* recte dicuntur, qui aeque bene opponuntur *morbis pfychicis*, feu morbis animae corpori innatae, quod ipfis omnino veri organi loco eft. Tertiam claffem morborum animalis conftituunt *animalis morbi*, f. morbi animales ftrictius dicti. Quamuis enim in ipfum etiam corpus *animales morbi* cadant: hi tamen a *morbis animalibus*, feu *animalis*, *ftrictius* f. *nude* dictis, facile difcernuntur, quia dicuntur *corporis animalis morbi animales*. Eadem eft ratio *diuifionis* morborum hominis, qui funt α) *hominis morbi*, *ftrictius dicti*, β) *morbi animae* ipfius, γ) *morbi corporis* ipfius, f. *morbi hominis organici*, qui, quia fedem fuam habent in ipfius *corpore*, vere *organico*, *organici* adpellantur. Hi vero vel ab ipfa anima, illi infita, vel aliunde proficifcuntur, eaque propter *fubdiuiduntur* in *morbos corporis humani*, feu *morbos hominis* organicos *animales* & *materiales*. Conf. *cit.* (§. 3.) *Diff. III.* §. 18-20.

(e).

§. XXIX. *Medicinae dynamicae praecognoſcenda*, doctrinaſque, ex hiſce hactenus (§. 16-28.) excerptas, excipit *tractatio* illius *ſpecialior*, quae omnino non eſt ipſius huius *diſciplinae ſpecies*, ſed *ſpecialior* eatenus vocatur, quatenus *partium* ipſius eſt *ſpecies*.

(f).

§. XXX. *Partem* ipſius (§. 29.) *primam* recte quidem conſtituit *Pathologia dynamica anthropologica*; expreſſius iterum ita deſignanda. *Collaterales partes* itaque ſunt altera quidem *materia medica dynamica*, tertia *Therapeutice dynamica*, hoc ipſo, quo recenſentur, ordine pertractandae.

(g).

§. XXXI. Quemadmodum *vires hominis* ſunt א) vel vires *corporis* ipſius, ב) vel vires *animae* ipſius, ג) vel vires ipſius *organico-pſychicae*: ita ſecundum hanc varietatem diſpeſcuntur *morbi virium hominis*, quo fundamento in hoc ſyſtemate nititur *partitio Pathologiae* huius *dynamicae* α) in *organologicam*, *pſychologicam*, & γ) *organologico-pſychologicam*. Praecedit itaque merito in *Partis I. Sect. I. organologica Sectio II.* complectitur alteram iam traditam in *cit.* (§. 3.) *Diſſ. III. Sectio III.* doctrinae cauſa plane praeteriri nequit, quantumuis, quae tradi in illa poſſint, perpauca ſint, & vel nimis abſtruſa, vel ab vſu remotiora, vel in prioribus iam implicata.

(h).

§. XXXI. De *morbis virium C. H.* cogitate heic vbique loquor, nec de *viribus C. H. morboſis*, quod arbitrarium forte exiſtimari poſſet. Verum *morbi virium corporis definite* dicunt morbos, qui quoad *vires corporis*, & *morbi virium C. H.* qui quoad *vires C. H.* obtinent. Quoad has primo occurrunt ipſius morbi, quos conſtituunt vires, non quidem in ſe, ſed ipſi tantum praeternaturales, quarum proinde iam ipſae ſolae in illo *praeſentiae* ſ. *inexſiſtentiae* inuoluunt ſtatum ipſius praeternaturalem internum, adeoque *morboſum*, vi *definitionis morbi*: vt ſub *praeſentia* vermium, & *virium* vermium, in ſe etiam ſaniſſimorum. Tales *virium morbi* certe nimis obiter dicerentur *vires morboſae*: Deinde inter *morbos quantitatis virium* referendi quoque ſunt *defectus* earum *plenarii*. Hi vero iterum perquam incongrue nominarentur *vires morboſae*. Ex hac ipſa quoque ratione non obiter loquor de *quantitatibus virium morboſis*, ſed de *morbis quantitatis virium*, hoc eſt iis, qui quoad quantitatem earum occurrunt. Huiuſce modi vero adcuratiores *locutiones* poſtulat *technicum* & *ſyſtematicum* inter nos *dicendi genus*, miſſa repudiataque omni *vulgari*, *triuiali*, aut plane *plebeia*, vt vt alioqui *floridiſſima* PERORANDI conſuetudine.

§. XXXII. *Generalioris doctrinae* in *ſpecialiorem* perpetuus *influxus*, illiuſque in hac ad nauſeoſas repetitiones euitandas *vſus* locupletiſſimus, Syſtematicorum fugit neminem. Eadem *neceſſitas* atque *vtilitas* eſt *generalioris de morbis virium C. H. doctrinae*, indicato *Sectionis I. Cap. I.* pertractandae.

(i).

(i)

§. XXXIII. Illa (§. 32.) complectitur *morbos* tam *quantitatis*, quam *qualitatis virium C. H.* maxime *elasticarum* & *irritabilium*, *in genere* spectandos. *Corpus humanum*, vti reliqua corpora *animalia*, suis vbique vigere *elateribus*, alibi quidem magis minusque acutis, alibi autem acutissimis, inter omnes constat. *Irritabilitatis* autem ab *elasticitate* verum discrimen non aeque notum esse suspicor, quin *irritabilitatis nomen* tantum, eoque *occultam* aliquam potius *qualitatem*, quam veram ipsius *notionem*, profiteri & habere credideris, qui tot tamen de illo ferunt sermones. Taceo *vagum* huius *vocis vsum* & *conceptum*, quo illam alii habent pro certa quadam corpori animali insita qualitate, alii pro sensibilitate, alii pro qualitate a sensibilitate plane diuersa, alii pro insiti peculiaris alicuius spiritus actiuitate, alii pro ipsa elasticitate, alii pro nescio qua alia qualitate.

§. XXXIV. Quid ergo (§. 33.), nisi vage loqui, aut termino plane inani vti velimus, tandem *irritabilitas?* An *insita* corpori animali qualitas? Ecqua haec? Taces. E. *qualitas occulta*. Qui tacet, consentit. An forte qualitas *stimulo* obsequiosa? Quis vero iste *stimulus?* Ita quaerere iure pergo. *Definitiuam* enim *notionem totalem* in *partiales*, quae illam ingrediuntur, oportet esse resolubilem. *Stimulum* dicis, quod irritat. En circulum in definiendo! Deinde quisnam huic illiue parti est *stimulus?* Vnam irritat, qui alteram non irritat. In hoc multos *experimentorum errores* deprehendere licet. An *irritabilitas* est ipsa *sensibilitas?* Si hoc est, idem duobus dicis *terminis* aequipollentibus, adeoque *synonymicis*. Expunge alterutrum, & *priorem* quidem potius, quum receptior sit *posterior!* Sin autem irritabilitatem a sensibilitate diuersam dicis, dicere quoque te oportet, in quo sita sit ista diuersitas. An *irritabilitas* est *peculiaris* alicuius *spiritus*, quem *muscularem* forsan adpellare liceret, *actuositas?* Haud ita nouae sunt istius generis *Pneumaticorum* hypotheses. Ex DOLÆANA *pneumatologia* peculiares peculiaribus partibus praefecti sunt *spiritus rectores*, vt cordi *Cardimelech*, ventriculo *Gaster-anax* s. *Bithnimalca*, aliis alii aliorum nominum. Nouiores, quos *irritabilitatis* faciunt auctores, musculisque praeficiunt, *musculares*, vel, si hybridum vocabulum, ad DOLÆANORVM analogiam formatum, magis arriserit, *Myomelechos* haud male dixerint, modo, quod fortassis dolent, non essent, qui exsistentiam illorum in dubium vocare non verentur. An porro *irritabilitas* ipsa *elasticitas*, vel peculiaris aliqua huius ratio aut *determinatio?* Propius hoc a veritate abesse videtur. Insignis saltem inter vtramque intercedere obseruatur adfinitas. Remissis corporis animalis *elateribus*, remittit quoque *irritabilitas*: intentis iisdem, haec vicissim intenditur. At differunt tamen. Sunt etenim *corpora* acutissime *elastica*, quae tamen ideo non dicuntur *irritabilia*. Atque ipsi *elasticitati* debetur dissectarum in corpore animali, etiam exanimi, fibrarum decurtatio. Quis vero hanc vmquam dixit *irritabilitatis* effectum. Haud igitur est, cur quaeratur amplius, an *irritabilitas* cum aliis ponenda sit in *contractilitate*. Ipsa nunc iam data responsione etiam haec refellitur *hypothesis*. Num *irritabilitas* in ipsa vi, an in substantiis, quibus vis inest, earumque miscela & structura in corpore inde constructo, an vtrobique simul quaerenda est? Si distinxeris inter irritabilitatem *subiectiue* & *obiectiue* dictam, in promtu tibi erit responsio.

§. XXXV.

§. XXXV. Quid vero tandem *irritabilitas*, vel hoc, vel illo, vel vtroque fenfu (§. 34.)? Hoc fane in tanta vocabuli ambiguitate doctrinaeque confufione dictu eft longe difficillimum. Dicam tamen, quid fentiam, faluis melioribus, & primo quidem in *exemplo*, eodemque exftantiffimo. *Mufculi* ab omnibus *irritabiles* dicuntur. Quod fi eorum, qui de hac mufculorum irritabilitate loquuntur, mentem potius, quam verba, refpiciamus, peculiarem hoc *termino* concipiunt eorum *ad motum procliuitatem*. Neminem in hoc diffentire video. Sed vnde, quaefo, haec illorum ad motum *procliuitas*, vnde *motus* ipfe, nifi a *vi motrice?* In hac itaque fundatur illa eorum *irritabilitas*. Vnde etiam fit, vt non tantum de *mufculo irritabili*, fed etiam de *vi irritabili* loquantur, fed, vti videtur, nimis *promifcue* & *vage*, adeoque faepius *erronee*, quin non fatis *diftincte*. Diftinguamus ergo diftinguenda, *irritabile* nempe *obiectiue* & *fubiectiue* dictum, ac proinde etiam *irritabilitatem obiectiuam* & *fubiectiuam*. Tum praecipuum doctrinae huius momentum erit in plano, nec amplius difficile erit, *definite* & *diftincte* dicere, tum, quid fenfu communi, tum, quid fignificatione peculiari fit *irritabilitas*, *fubiectiua* fc. atque *obiectiua*.

§. XXXVI. Hanc vero (§. 35.) *analyfin* exercendae aliorum meditationi in praefentia relinquens, haec dumtaxat, elicienda inde, carptim attingo *axiomata*, *confectaria* & *theoremata*: *Irritabilitas* cadit 1) in *vires*, fc. *motrices*, non folum, fed & 2) in *fubiecta virium motricium* qualiacumque, tam *materialia*, quam 3) *immaterialia finita*, adeoque 4) in ipfas *animas* noftras, adeo faepe *irritabiles*. Cadit 5) in fola *vitalia*, 6) *animalia* certe, adeoque 7) neutiquam in non vitalia corpora. Cadit tamen in illa, tam 8) exanima, quam 9) adhuc *viuentia*, 10) inque *haec* quidem quam *maxime*, & vtrimque tam 11) *folida*, maxime quidem, adeoque 12) non in *fola mufculofa*, quam 13) in *fluida*, & in his potiffimum 14) in *nerueum*, omnium *maxime irritabile*, & *irritabilitatis organicae* procul dubio veluti *centrum*, 15) in ceteris proinde *folidis* aeque, ac *fluidis*, magis minufue *acuta*, vel valde tandem *obtufa*. Differt igitur 16) a *virium in non vitalibus mouendi promtitudine*, 17) ab *inanimatorum ad motum* ab illis fufcipiendum *procliuitate*, 18) ab *elafticitate*, 19) a *tono* & *motu tonico*, 20) ab *electricitate*, 21) ab *attractionis* habilitate, per quam obfcurum per aeque obfcurum explicatur, 22) a *fenfibilitate obiectiua*, & 23) *fubiectiua*, longiffime quidem, vt mirum fit, aliis pari paffu ambulare *fenfibilitatem* & *irritabilitatem*, non addita hac *diftinctione*. Solidiora meditatus eft Ill. HALLERVS in *Comment. Soc. reg. Sc. Gotting. T. II. ad A. 1752. p. 114.* de partibus C. H. *fenfibilibus* & *irritabilibus*. Differt denique 24) a *contractilitate*, tametfi haec & *fenfibilitas obiectiua* plurimum confpirent, quod fine dubio vulgarem confufionis errorem peperit. 25) *Irritabilitas*, in *exanimis* fuperftes, vel *parum* notabilis eft, vel 26) *citius* exfpirat: quae vero 27) in *viuentibus* obtinet, multo quidem *infignior*, neque tamen 28) *fenfationibus* femper eft *proportionata*, licet his plerumque tam 29) *cum confcientia fui*, quam 30) fine ea *refpondeat*. Ad *irritabilitatem* itaque *explicandam* neque 31) *animam*, neque 32) alium quemdam *fpiritum peculiarem* aduocari opus eft. Porro *irritabilitas* neque 33) *materialifmo*, quod non nulli fufpicantur, frigidam fuffundit, neque 34) a vulgata *motuum theoria* tanto abhorret opere, ac iterum fibi quidam perfuadent. Arcana faepe quaerunt eruditi, vbi nulla funt, nifi forte in folis *terminis*, non intellectis, & vbi funt, aut *naturae myfteria* plane occurrunt, fuo modulo, quafi manifefta, metiri adfolent. Porro *irritabilitas*

bilitas 35) neque plane *noua* eſt, teſte ipſo Ill. HALLERO, qui vanum, quem nimis ſeduli adſeclae ipſi inde tribuere voluerunt, honorem ipſemet reſpuit, excitatis aliis ante ipſum auctoribus, de eadem facultate differentibus, *l. c. p.* 154. neque 36) *nouiter*, vt decet, *ſatis*, licet 37) *melius*, quam antea, excuſſa, nec 38) amplius pro *qualitate* penitus *occulta* habenda, & 39) oppido digna, quae vlterius excolatur, idque non tantum 40) a *poſteriori*, minime omnium 41) per *experimenta* coacta, vt plurimum heic fallacia, quum irritabilitas natiuo blando potius & mechanico ſtimulo ſe exſerat, quam violento chemico, ſed etiam 42) *a priori*, quod 43) in praeſentibus ſtricturis ex parte praeſtitum eſſe iudico. *Irritabilitatis doctrina* ſollicitius, repeto, *colenda*, quia ab *irritabilitatis* vitiis, validis ſatis propeque vniuerſalibus cauſis, innumera illa aegritudinum cohors exſurgit, quae C. H. vel certas tantum eius partes infeſtat, ac deflectentem a ſtatu naturali ſolidorum & fluidorum conditionem, mutuamque reactionem indicat. Idem hoc dicendum eſt de *elaſticitatis* phaenomenis. Eapropter in generali hac doctrina *huius* potiſſimum & *irritabilitatis vitia* nominantur, prae reliquis cognoſcenda & remouenda.

(*k*).

§. XXXVII. Vires *quantitate* omnino peccant, tam *excedente*, quam *deficiente*, in illaque adeo & *magnitudine*, & *multitudine*, vtraque ſc. *intenſiua*. *Intenſionis* autem *termino* ideo non vtor, quia non eſt communis vtrique vitio exprimendo. A multitudine quidem etiam pendet *magnitudo*, ſed non ab illa ſola, nec ideo haec in illa conſiſtit. Hinc *magnitudo* recte diſpeſcitur in *intenſivam* & *extenſivam*. Cur *quantitates virium morboſae* dictae non fuerint, ratio iam reddita eſt (§. 31.). *Virium* autem *imminutio* ideo nude non ponitur, ſed *morboſa* adpellatur, quia etiam non morboſa datur.

(*l*).

§. XXXVIII. Vires *qualitate* omnino morboſe adfici poſſunt quoad conatuum actionumque praeternaturales modificationes & directiones. Conſtat inſuper, *vim irritabilem* ab iiſdem *irritantibus* non eodem ſemper modo graduque determinari, feririque acutius ſaepe a mitioribus partes, quae non feriantur a potentioribus. Ita *guſtabilia* alios atque alios aliter atque aliter diuerſoque gradu irritant, vt quibuſdam ſapida ſint, quae aliis inſipida, quin amara, quae alias ſunt dulcia. Non dum ad hoc ſatis attendiſſe videntur, qui *experimenta* hanc in rem inſtituerunt, iccirco ſaepiſſime omnino perquam *fallacia*.

(*m*).

§. XXXIX. Quaecumque C. H. inſunt, ei vel ſunt *propria*, vel *accidentalia*, *ſeparabilia* vel *inſeparabilia*. *Morbus* eſt ſtatus viuae alicuius ſubſtantiae finitae *praeternaturalis internus*. Duplex ergo datur *ſtatus* C. H. *praeternaturalis internus*, verbo morboſus: vnus, qui in ipſius *propriis* accidit, alter, qui quoad ipſius *accidentalia* contingit. Hoc fundamento nititur, vt omnium, ita & C. H. *morborum* primaria *varietas*, vt diuidantur in *inquilinos* & *obſidionales*. Nouiores quidem ſunt hae *voces pathologicae*, ſed *nouior* quoque eſt, quam heic adſtruo, *doctrina pathologica*, adeoque *nouis* etiam

exprimen-

exprimenda *terminis.* *Aptiores* non video, satisque praeterea *aptos* illos esse iudico Nullus morbus *indigena* dici meretur. Omnis est *accidentalis*, vti demonstratum ded. in *Diss.* qua exhibui *specimen ophthalmiologicum* (§. 96.). *Accidentalis* igitur is quoque est, qui *propriis* atque *essentialibus* insidet. Hinc eatenus *inquilinus* apte dicitur, vtpote praeter naturae consilium de alio veluti conductus, cui aeque *apta denominatione* & adaequate opponitur *obsidionalis*. Congruum ita locum suum inueniunt morbi, qui in aliis *Pathologiis* vel nullum, vel minus congruum obtinent. Neque ille aeque bene dici potuisset aut *internus*, aut *innatus*, aut *domesticus*, neque ita apte ei oppositus fuisset *externus*, *aduenticius*, *peregrinus*, cet. Praeterea verborum lusus, alibi pulchriores, heic plane nos dedecent.

§. XL. Qui dicantur *morbi virium* C. H. *inquilini* & *obsidionales*, ex dictis patet, idque in ipso iam *Conspectu definite* addidi, partim, ne dicendi genus non dum receptum mox nimis videretur paradoxum, partim, vt intelligeretur, hunc morborum conspectum ita comparatum esse, vt *definite* posita ipsam *definitiuam pathologiam* inuoluant, & ex ipsa morborum serie illa innotescere possit, euitatis rerum & *partitionum fallaciis*. Ceterum in *reciprocatione* pulcherrima esse *definita* & *notiones definitiuas*, neminem latet.

(*n*)

§. XLI. Ex illis (§. 39.) recte praecedunt *morbi virium fluidorum C. H.* iique *inquilini*, expressius ita discernendi. Hi vero in sequentibus *Titulis* non omnes, sed *praecipui* dumtaxat recensentur. Est enim prudentiae in *disciplinis* nostris, vt magis necessaria in iis tradantur, missis, aut parcius tractatis, minus necessariis, ne quid hisce illis derogemus, qui insuper vel in infinitum crescentibus doctrinis impares sumus.

§. XLII. Deinde huius puncti morbi (§. 41.), vt sequentes, naturali, quoad licet, *ordine* commemorantur: id quod iterum *doctrinae ratio* iubet. Ex chymo enim chylus, ex chylo sanguis, ex sanguine ceteri humores, praecipue limpha, ingenerantur. Reliqui ordinis natura non est obscurior. At *fluidum nerueum* principem obtinet locum, & tamen ex sanguine demum generatur? Primo non dum plane euictum est illud non esse subtilius, quam quod ex sanguine generari queat. Fuerunt hinc, qu inspirationis beneficio illud aduehi statuerent. Deinde ideo illud primo heic ponitu loco, quod omnium reliquorum *fluidorum princeps* est, omnisque in oeconomia ani mali *elasticitatis* & *irritabilitatis* veluti parens rectorque vniuersalis, cui cetera omnia & ipse fortassis latex sanguineus, suum debent vigorem. Nerueo fluido ob maximan adfinitatem proxime forsan adsociandum fuisset *seminale*. Hoc vtique profuso, illu vna profundi, totiusque corporis vires ita debilitari, testatur experientia. Verum al doctrinae ratio alium, & huius intuitu, postulauit locum. *Semen* autem, s. fluidu seminale, *strictius* heic intellectum volo, vtpote a *genitali* quocumque *humore*, etia in altero sexu obuio, longissime diuersum. Per *aërem*, cuius heic iniicitur mentic intelligitur *inquilinus*, non *extricatus*. De hoc enim sermo demum est *Artic. II.* *morbis virium C. H. obsidionalibus*, vtpote horum auctore.

§. XLIII. Neque porro (§. 41, 42.) obiter heic nominantur *fluida*, aut *humores*, quum sint, quae humores adcurate dici nequeant, & hi ab illis, vt *species* a *genere*, differant. Neque nos mouet HIPPOCRATIS auctoritas, qui, neglecta hac adcuratione, librum conscripsit, περὶ χυμῶν inscriptum. Combinantur denique, quae commode combinari possunt, vt chymus & chylus, saliua & humor pancreaticus.

(*o*).

§. XLIIII. In altero *Artic. I. Puncto* similes (§. 41 - 43.) obseruatae sunt *doctrinae rationes*. Heic *nerui*, vt ibi *fluidum nerueum*, primas tenent. Illorum enim beneficio hoc suis perfungitur muneribus. Neque ipsis omnis deneganda est *elasticitas* atque *irritabilitas*. Saltem ab eorum integritate vtriusque in reliquis partibus vigor aeque, ac ipsius, quod vehunt, fluidi itus reditusque dependet, tametsi isti non, vt noua fert fabula, chordarum tensarum instar agant. Neque enim in origine, neque in fine, adfixi sunt, vt earum in modum tendi queant. Quibus omnibus rite perpensis adparet, quid sibi velint, & quaenam sint, quae *neruina* vulgo adpellitantur, sane ex *Dynamice medica* discenda & metienda.

§. XLV. Immediate nunc se inuicem excipiunt morbi virium cerebri, cordis, & vasorum, maxime sanguiferorum. *Nerui* e *cerebro* eiusdemque adpendice, *medulla spinali*, principia sua petunt. Cerebrosae compagis, depluentisque inde fluidi catholici, cum *corde* nexus intimus est, vt, impedito illius in hoc influxu, hoc protinus elanguescat, illo vigente, vigeat, quin immotum iacens, eodem recurrente, reuiuiscat. E corde exeunt *vasa*. Inde intelligitur *nexus virium* dictarum partium, *nexus morborum* illas adficientium, *nexus medelae*, e dynamice auxiliatrice petendae, *nexus conditio* & *indoles* vulgo obiter sic dictorum *cephalicorum*, *cardiacorum*. Idem statuendum est de *morbis virium ventriculi*, huicque adpensi *tubi intestinalis*, & de *viribus* vulgo ita nominatorum *stomachicorum*. Praecipuum adhuc heic sibi vindicant locum *vires musculares*, quas *Iatromathematici* ad suum adeo calculum reuocare connisi sunt, & ex quibus *vires mediorum*, quibus iis morbose adfectis mederi volumus, non minore sollertia in ipsa *Praxi* nostra metiri tenemur.

(*p*).

§. XLVI. Succedunt *morbi virium C. H. obsidionales*. Amplissimus heic sese aperit morborum campus, in quo plures forsan Pathologi adhuc sunt hospites. *Morbi obsidionales* sunt, qui accidentalium intuitu obtingunt. Non itaque dicuntur morbi *accidentalium*, s. eorum, quae per accidens insunt, quia dantur, quae per accidens in C. H. insunt, quorum morbi tamen non sunt morbi ipsius hominis. Ita *v. c.* vermium C. H. insidentium morbi non sunt morbi ipsius hominis, cui insunt, licet eorum praesentia & energia tales sint. Huius autem generis morbos apte dici *obsidionales*, ipsa obsidionum proprie dictarum idea pulchre illustrat.

(*q*).

§. XLVII. Illorum (§. 46.) primi heic ponuntur *innati*, iusta omnino *ordinis ratione*. *Inquilini* quidem omnes pariter sunt *innati*, sed ab hisce praesentes facile discernuntur, quando dicuntur *obsidionales innati*.

 (*r*).

(r).

§. XLVIII. Horum (§. 47.) iterum primi iure constituuntur *animales*, s. morbi energiae animae in corpus suum. *Synonymicas* hasce denominationes posui, vt optionem aliis relinquerem. Equidem praetulerim posteriorem. Vtramque enim retineri *methodi* leges prohibent. *Definite* autem intelligendi sunt *morbi virium C. H. obsidionales*, qui quoad energiam animae ipsi (si placet, naturae legibus) innatae obtingunt. E. *animales*, sed non animae ipsius, sed corporis. E. *immateriales* tamen. Hinc infra his opponuntur *materiales*, qui in materia proxime sui agnoscunt rationem. E. non dicendi *organici*, quia non soli sunt organici. *Organici* enim sunt, qui in corpore animali organico accidunt, ac proinde vel *materiales*, vel *animales*, aut *spirituales* sunt, quibus posterioribus opponuntur *morbi animae* & *spirituum*. Dici potuissent *ordinarii*, quales reapse sunt, quatenus opponuntur illis, de quibus sermo est in *Tit. II.* qui *extraordinarii* iccirco adpellari potuissent. Verum nomina ista minus fuissent euidentia. Neque dicuntur *morbi ab anima oriundi*, quia tales etiam esse possunt iam inquilini. Neque vocantur *psychici* C. H. morbi, quia suppetit *terminus* latinus, praeferendus, vbi latine loquimur, quum insuper magis sit aptus. *Animal* enim constat ex corpore & anima, huic vnita. Qui illi itaque insunt morbi, duplici respectu *animales* adpellantur, quatenus nempe ab anima sunt, &, quatenus animali corpori inferuntur. *Operatio animae*, corpori alias praeternaturalis, quoad sui in hoc praesentiam, iam quidem constituit *morbum corporis* humani: sed eadem, in se spectata, est *morbus animae*. Tanto igitur magis ipsius energia praeternaturalis, *obiectiue* dicta, ipsius C. H. status praeternaturalis internus, adeoque *morbosus* est. Hinc *energiae terminus* in dicta definitione *subiectiue* & *obiectiue* sumitur. Extricatu difficiliores iustoque longius petitae videri possent hae morborum *determinationes* exactiores: sed solidior *analysis* pathologica illas nobis obtrudit. De cetero hi morbi recte iis adnumerantur, qui quoad accidentalia C. H. obtinent. Anima enim profecto non est pars C. H. multo minus propria, licet sit pars hominis propria & essentialis.

(s)

§. XLVIIII. *Titulo* hoc *II.* loquor de morbis non tantum *virium*, sed & *energiae virium* innatorum praeternaturalium. Namque in his occurrunt non solum morbi energiae virium, verum etiam virium, qui reapse sunt *morbi morborum*. *V. gr.* abscessu membraque supernumeraria, vt digitus sextus, sunt innata praeternaturalia, adeoque tam quoad sui praesentiam, quam quoad suam energiam, morbosum efficiunt statum. Sed in abscessu vis illa ad pus laudabile gignendum denuo in se quoque peccare potest & digitus supernumerarius, praeterquam, quod, etiam in se sanus, iam morbosum C. H. statum constituit, vltra morbose, *v. c.* abscessu, adfici potest. Ita vero vtrobique morbus morbo superuenit & innascitur.

(t)

§. L. Proprio significatu *miasmata* C. H. *definite* iam dicunt fluida, ipsi praeter naturam innata. Hinc indicatae *Classis* morbi breuitatis causa ita nuncupantur, neque copiosius dicuntur morbi virium & energiae innatorum C. H. praeternaturalium fluidorum.

§. L

§. LI. Hi (§. 50.) morbi quoque in certos ordines inferiores reduci potuissent pro *miasmatum* varietate, secundum quam *purulenta*, *saniosa*, *cancrosa*, cet. adpellantur. Sed quum horum fluidorum intimior indoles, dependensque inde certior *differentia specifica* variis adhuc obnoxia sit dubiis, adeoque aeque difficile sit ista, ac naturalia C. H. fluida, ad classes determinatiores reuocare, indicato eadem ordine ponere, quam *hypotheses*, in *systemate communiori vsui* dicato omnino euitandas, immiscere malui. Sunt de reliquo ita tamen ordinata, vt pro adfinitatis suae nexu propiori sese inuicem excipiant.

§. LII. Per *flatulenta* heic (§. 50, 51.) intelliguntur, quae a potiori constituuntur ab aëre, sui iuris facto: quo ipso discernuntur a morboso statu, quem aër non liberatus ingenerat, de quo supra (§. 42.) dixi. Hoc enim proprie sibi vult *flatulentia*, pathologice dicta. Prope quidem illa huc referri posse videntur: verum aëreum fluidum numquam solum in corpore animali, sed semper aliis vaporosis grauidum liberatur.

(v)

§. LIII. *Morbi virium & energiae innatorum C. H. praeternaturalium solidorum* communiore breuioreque denominatione exprimi non possunt, vt prioris (§. 50.). *Monstrosorum* quidem nomen quaesitae huic breuitati fauere videri posset: sed, quamvis *monstrosa* quoad solida, eademque innata ac praeternaturalia obtingant, adeoque, quae heic enumerantur, omnia *monstrosi* quid alant, sola tamen monstrosa non sunt, quum dentur quoque innata naturalia, *monstrosis* adscribenda.

(w).

§. LIV. *Excrescentia* est excrescentia, siue *clausa tectaque* adhuc sit, siue *denudata* & *exulcerata*, vt mirandum sit, cur tam planam excrescentiarum in clausas & apertas distinctionem capere vel nolint, vel nequeant, qui *v. c.* excrescentiam scrofulosam, cancrosam, concepta exulceratione, non amplius excrescentiam, sed vlcus dicendam esse contendunt. Adest tum omnino vlcus, sed adest adhuc pariter excrescentia, adeoque ulcus in excrescentia, *s.* excrescentia exulcerata. At nimis haec sunt triuialia, & confutatione longiore indigna.

(x).

§. LV. Cur vero separatis distinctisque *Locis* nominantur *strumae*, *verrucae*, nec excrescentiis, antea memoratis, adnumerantur? Quia, respondeo, haec mala in tumorum classem vulgo referuntur, adeoque, quae in illis sunt excrescentiae, a prioribus ideo non excluduntur.

(y).

§. LVI. *Calculi* heic praecipue erant nominandi. Vnde simul patet, num, & quo nomine, *calculus* sit *morbus*, quemque sibi in morborum catalogo vindicet locum. Vtrumque alias satis plerumque est ambiguum, aut sine ratione in *vulgaribus* admittitur *Pathologiis*.

(z).

§. LVII. Morbis obſidionalibus *innatis* nunc opponuntur *aduenticii*, aut, ſi ma-uis, *alienigenae*, ſc. *ſtrictius* dicti. Omnis enim morbus alienigena ſ. *aduenticius* eſt, quia *accidentalis* (§. 39.), & *accidens* illud eſt, quod ſui rationem non tam in eo, cui ineſt, quam in alio potius, ab hoc diſtincto, habet.

(aa).

§. LVIII. Βιοτή, alimentorum vſus, ad mentem HIPPOCRATIS *Epid. VI. Sect. I.* maximum & *primarium* eſt vitae ſanitatiſque praeſidium. Fieri igitur non poteſt, quin praeternaturalis eorum in C. H. praeſentia & energia primarium quoque praebeat morborum ſomitem. Iure hinc primum inter indicatos (§. *praeced.*) morbos tuentur locum. Dicuntur autem *morbi virium C. H. ex alimentis*, ſ. *morbi energiae alimentorum in C. H.* Si qui vituperabilem heic occurrere crediderint ſynonymiam, ii alterutram denominationem, expuncta altera, retineant, aut, quod heic potius volo, poſteriorem *expoſitionis*, methodo non repugnantis, loco admittant. Adpellantur porro morbi virium C. H. *ex* alimentis, non *ab* alimentis. Primum enim poſterior haec particula cauſam denotat efficientem. Cauſa autem efficiens praeternaturalis ſuae in C. H. praeſentiae non ſunt ipſa alimenta, & illa tamen praeſentia praeternaturalis ſpeciem morborum huc ſpectantium iam conſtituit. Deinde, licet altera eorum ſpecies ſit *ab alimentis*, non omnes tamen morbi, ab alimentis oriundi, ſunt *aduenticii*, ſed ſaepius etiam remotius *inquilini*. Particula *ex* rem omnino longe melius exprimit. Partim enim conſtant ex praeternaturali illorum praeſentia, partim emanant ex ipſis, quatenus vis, a qua producuntur, illis ineſt, ſicque ex illis eius efficatia procedit. Dicuntur porro, expoſitionis loco, *morbi energiae alimentorum*, ſc. obiectiue & ſubiectiue ſumtae, non, energiae illorum morboſae, quemadmodum adaequate nec dici poſſunt praeſentiae eorum morboſae. Energia enim eorum deficiens, vel plane abſens, ſunt morbi huc referendi, quos illae tamen locutiones non inuoluerent. Idem de ſequentibus tenendum eſt.

§. LIX. Tantum de definito (§. 58.). Definitio facilis eſt. *Morbus* nempe *virium C. H. ex alimentis*, ſ. *morbus energiae alimentorum in C. H.* eſt morbus virium C. H. obſidionalis aduenticius ordinarius, quoad virtutes alimentorum ipſi accidens. Ex hiſce & iis, quae modo dicta ſunt (§. *cit.*), facile intelligi poteſt, quae ſit poſitorum in ſequentibus *Claſſibus technologica* & *definitiua analyſis*.

§. LX. Ceterum ὡς ἐν παρόδῳ notari velim, quam propinquus in hoc ſyſtemate ſit non tantum noſologicus, ſed etiam aetiologicus morborum nexus, cognitu vterque adeo vtilis & neceſſarius, licet de poſteriori eruendo non nulli deſperare videantur.

(bb).

§. LXI. *Alimenta* ſunt vel *edulia*, vel *potulenta*. Morbos inde propullulantes, vtpote frequentiſſimos & grauiſſimos; quin reliquorum prope omnium genitores, dignos eſſe, qui indicatis duobus *Ordinibus* ſeparatis pertractentur, nemo non videt.

(cc).

(*cc*).

§. LXII. Vna ſeſe heic offert obiectio, paucis tangenda & remouenda. Quis? dixerit ad haec quiſpiam, quis mortalium *quantitates* virium alimentorum tam adcurata menſurauerit lance, vt iuſto neque plus, neque minus illarum in ſua admittat diaeta, quam quod ad corporis ſui aequilibrium requiratur? Sed, vt praeteream, *intellectum* hoc quoque fine datum nobis eſſe, iſtius *aequilibrii ſenſus* nobis, quin ipſis reliquis animantibus, quibus hac in re inferiores nos deprehendi turpiſſimum foret, ſingulari quadam naturae prouidentia ita congenitus eſt, vt vel ſola illius tum praeſentis dulcedine, tum oblati amaritudine, iſtas metiri ſatis abundeque edoceamur, neque opus quidquam ſit nimis artificioſa illa, vitae huius muneribus repugnante, corpora noſtra inque ea ingeſta librandi conſuetudine.

(*dd*).

§. LXIII. Par ſane ratio (§. 62.) eſt morborum, ex *atmoſphaerae inclementiis* nobis imminentium, qui priores iuſto ordine immediato excipiunt, quoſque feliciter auertere tantum opus non eſt, ac nimis anxie vulgo ſtatuitur.

(*ee*).

§. LXIV. Morbos quidem, ab incongrua veſtimentorum ratione imminentes, nemo ſanae mentis mortalium, etiam ſine Medici conſilio, euitare neſcit: ſed peruerſae vſque & ſaepe numero ridiculae rei veſtiariae conſuetudines id muneris iniungunt Medicis, vt remouendis iſtis ſanitatis obſtaculis operam nauent. En tibi huius in praeſenti *Conſpectu pathologico* neceſſitatis rationem!

(*ff*).

§. LXV. De *morbis virium* non tantum *C. H.* ſed ipſius etiam *animae*, *ex Venere*, etiam *ordinaria*, alibi apertius. *Extraordinariae Veneris* damna ſilentii peplo inuoluenda potius, iuſtiſſimiſque ſui auctorum poenis ſunt relinquenda.

(*gg*).

§. LXVI. Sequuntur nunc παραδοξότερα, ſed caue, ea ſtatim dicas ἑτερόδοξα. Quod ſi tamen talia haec eſſe ſerio ſolideque euiceris, primus egomet iſta expungam. A fronte *aetiologiae medicae* vel ipſam IVSTITIAM DIVINAM morborum, poenae loco mediate immediateque infligendorum, effectricem venerari, tantum abeſt, vt nos dedeceat, vt peccare equidem eos exiſtimem *Pathologos*, qui ſuis in *Pathologiis* hoc ipſum negligunt (negligunt autem quam plurimi) *aetiologiae* momentum. Ipſis ſacri codicis exemplis ea, quae heic diſputauimus, ſatis abundeque confirmantur.

(*hh*).

§. LXVII. Quae ſecundi huius *Ordinis* morborum *Locus* vterque complecti videtur παράδοξα, publicae relinquo diſceptationi.

(*ii*).

§. LXVIII. Nunc *noſtrae ſphaerae animalium* fit mentio. Suntne itaque (ita forſan ambigitur) praeter animalia huius noſtrae, *alterius* quoque *ſphaerae animalia*, adeoque non tantum (ita vltra ambigitur) *rationalia*, ſed *irrationalia* adeo? Poſſibilitatem

tatem



tatem eorum certe nemo vmquam negauerit. Quidquid fit, aliena certe ab ἑτεροδοξίας est haec *hypothesis.* Num vero (ita ambigendo pergere alios facile suspicor) illa exsistere pro explorato statuere licet? Reapse illa non exsistere, regero, euincent, aut non euincent OPPONENTIVM argumenta. *Vtroque casu* nil habeo, quod timeam, qui in ipso *Conspectu* neutrum aperte adserui. *Priori* quidem, neutiquam me praebebo euictae veritatis inimicum: *posteriori* autem insontem saltem hypothesin non criminabuntur.

§. LXIX. Sed apertius, quid sentiam, eloquar, cum aliis maioris nominis & *Theologis* & *Philosophis.* Quicumque vel homines a morte resuscitatos, aut adhuc resuscitandos, agnoscunt, vel animas, crassiori hoc corpore organico deposito, inseparabile aliquod corpusculum subtilius, aethereum, neruoso forsan. l. cerebroso crassioris huius corporis systemati intextum, retinere ac secum vehere statuunt, ii profecto non possunt non admittere alterius sphaerae animalia, quidquid etiam statuant de aliis aliarum sphaerarum animalibus, rationalibus & irrationalibus lucidioribus, in altiore creaturarum scala.

(*kk*).

§. LXX. Praeter sequentia in *exemplis* sunto (nefandum!) sceleratissimae *masturbationes*, *paederastiae.* Et quot, quaeso sunt, bone Deus! qui semet ipsos suique similes non laedant? Sed ad *muta scelera* caste obmutescendum est.

(*ll*).

§. LXXI. In pleniori morborum catalogo negligendi non sunt *morbi grauidarum* & *nascendorum*, ne *aduenticii* quidem, de quibus heic loci sermo est. Alii enim alium sibi vindicant locum. Dehinc a mitius aegrotantibus ad grauius morbosos adscendendo, morborumque adfinitate coniunctos, quoad licuit, combinando, ad reliquos *morbis aduenticiis apertius* adflictos deuenio. Quis enim insanos inter hodie plane sanum inuenerit vllum?

(*mm*).

§. LXXII. *Purulentis* mox subiunguntur *scabiosi* & *variolosi.* Horum enim *exanthemata* maxime purulenta sunt.

(*nn*).

§. LXXIII. Ex eadem (§. *praec.*) ordinis ratione *vlceratis* mox subnectuntur *scorbutici*, *leprosi*, *cancrosi.* Iisdem praeterea cum primis addi merentur ex pulmonum vlceribus *phthisici*, inficientem mephitin exhalantes.

(*oo*).

§. LXXIV. *Leprosos*, *cancrosos*, contagii lue adeo superant *venerea lue infecti.* Hinc ab illis adscendendo ad hos nunc demum deuenio. Immo vero perparum abfuit, quin illis ex eadem ratione praetulerim *maligne febricitantes*, adeoque ipsos *peste* laborantes, quum prope *malignior* sit, citius saltem *contagiosus* morbus *venereus*, quam *pestilens.* De reliquo *maligne febricitantes* dicuntur *putredinose febricitantes.* In *putredine* enim ponitur *malignitatis* idea, tam *chronicae*, quam *acutae.*

(*pp*)

(*pp*).

§. LXXV. *Vermes* alias in morborum catalogo vel prorſus erronee ponunt, vel incongruo loco de *morbis verminoſis* agunt Pathologi. Etenim neque *vermes*, neque *morbi vermium*, ſunt hominis morbi, ſed illorum in huius corpore *exſiſtentiae* & *energiae*, certe ſemper *praeternaturales*. Qui *erroneus*, vel certe *minus technicus* loquendi & cogitandi mos heic, vt decet, euitatur.

(*qq*).

§. LXXVI. Exſiſtentia & energia *pediculorum* in corpore animali nuncupatur *phthiriaſis*, & heic debitum ſuum inuenit locum.

(*rr*).

§. LXXVII. *Medicatus* etiam *hirudinum vſus* in ſe tamen reapſe *morbificus* & *morboſus* eſt.

(*ſſ*).

§. LXXVIII. Omnem fere ſuperat admirationem, maximae etiam famae auctores ipſarum, de quibus tot tamen faciunt verba, integroſque ſaepe tractatus conſcribunt, rerum ne primas quidem habere ideas. Idem accidit in grauiſſima de *venenis* doctrina. Quotquot enim euolui, in hac tradenda vel operoſiſſimos, apud eorum tamen neminem vſquam reperire mihi licuit, quid ipſis proprie *veneni* nomine veniat. Etenim neque, vt vulgo perhibent, quod ſanitatem deſtruit, neque, quod per ſe eſt deleterium, neque, quod minore mole nocet, neque, quod cito nocivum, neque, quod corroſiuum eſt, neque, quod nullo vmquam effectu ſalutari applicatur, *venenum adaequate* dici poteſt. Quid ergo aliud eſt *venenum?* Aut nullum, reſpondeo, datur, aut *venenum* dicendum eſt, quod haud recte heic innui.

§. LXXIX. Euidentius, quid ſentiam hac in re, neſcio quo fato tantopere intricata, aperiam. *Venenum* tantum de iis, quae *viuis deleteria* exſiſtunt, praedicatur. Certa certis viuis eſſe *deleteria*, experientia teſtatur: ſed non omnia his illiue *viuis*, ſaltem *animatis deleteria*, dicuntur *venena*. Preſſius igitur eloquendum eſt, quae ſint, & qualia ſint *deleteria* illa, quae venenorum nomine veniunt.

§. LXXX. De *mixtorum* genere illa (§. *praec.*) eſſe, negari nequit. *Venenum* itaque, vi *generis proximi*, eſt *mixtum*. Quale? Deleterium certe (§. *cit.*). Quale vero deleterium, quum non omne ſit tale? Quale non ſit, dictum eſt (§. 77.). Quale ergo ſit, dicendum nunc erit, dictu difficilius, niſi aut non ſatis determinate id enuntiare, aut terminum plane inanem & nullum eſſe *venenum*, proprie dictum, ſtatuere velimus.

E §. LXXXI.

§. LXXXI. Ad rem propius me ducunt hae meditationes. Quemadmodum & *ſtructa* & *mixta* haud pauca, corpori *viuo*, ſaltem *animato*, adplicata, huic, licet vna ex parte perniciſſime etiam noxia, ex altera tamen plurimum proſunt, ſicque nocendo iuuant, minorique malo illato, maius tollunt: ita eadem haud raro eidem ſine euentu effectiue ſalutari adplicantur. Vtriuſque fidem facit locupletiſſima teſtis experientia. Hinc ipſa, vel *per ſe*, vel *per accidens deleteria* iſtius modi *mixta* duplici modo conſiderari poſſunt, quatenus nempe, vel cum effectu ſalutari, vel ſine hoc, adplicantur, ſeu, quatenus vel nocendo iuuant, vel nil iuuando *ſimpliciter nocent viuis* & *animatis* corporibus. *Illa definite* deleteria medicata, verbo *pharmaca* ſ. medicamenta recte nuncupantur. *Haec* vero aut ea ipſa ſunt, quae *venena* ſunt dicenda, aut omnis euaneſcit *veneni* idea, relicto *termino inani*, & nihil ſignificante.

§. LXXXII. Videri quidem poſſet, *venenum* eſſe dicendum, quod numquam vllo ſalutari effectu viuis adplicari poteſt. Verum uſque illis noxium aut plane non exſiſtit, aut, ſi forte exſiſtit, *ſpecies veneni* eſt, & primae claſſis venenum, aut diſtinguendum tunc eſt inter *venenum latius* & *ſtrictius* dictum. De quibus alibi determinatius.

§. LXXXIII. Hiſce ita poſitis enucleatiſque (§. 82.), *pharmaca* ſ. *medicamenta*, quae ſemper *mixta* innuunt, inque eo ab aliis diſtinguuntur *mediis medicis*, pulchre diſcernuntur a *venenis*, & *Medici* a *veneficis*, quales ii tantum ſunt, qui iſtius modi mixta praepoſtere adhibent, vnde non tantum nullus effectus ſalutaris in miſeros aegros redundat, ſed medicamenta, alias ſaluberrima, haud raro reapſe in venena mutantur. At tum hi non amplius *Medici*, ſed *Medicaſtri*, immo *Venefici* plane, ſunt nominandi.

§. LXXXIV. Aſt ita nihilo tamen minus (§. 83.) tantum non omnia *pharmaca* noſtra *venena*, & tota *pharmacopolia* venenorum ſunt tabernae. Ita peculiares in his ciſtae, quibus ſeparatim incluſa adſeruari venena iubentur, ea non amplius caperent. Ita iſtae mentirentur tantum *venenorum repoſitoria*. Ita *fraudibus pharmaceuticis*, alias iam prope innumeris, adnumerandae eſſent ſpecioſae circa illa inſtituta curae legeſque ipſae, harumque *Viſitatoribus pharmacopolarum* imperatae cuſtodiae. Specioſa omnino haec ſunt opprobria, quia ſunt & non ſunt venenorum tabernae, quaqua patent, officinae pharmaceuticae. Sunt quippe tales ſub eorum, quae venalia habent, pharmacorum vſu non medico, non ſunt ſub medico (§. 83.). Ita ſane iuſtiſſime iudicatus ſtat caditue *Medicorum* & *mediorum medicorum* aeque, ac *Pharmacopoeorum* & *pharmacorum* honor decuſque. Ita vero non minus, ac reliqua pharmaca, vel ipſa quoque, quae, peculiaribus ciſtis incluſa, *venenorum nomine* adſeruantur, pro vſus ſui ratione, vel *venena* ſunt, vel non amplius *venena*, & in ſalutares vſus cedentia deleteria, veri nominis inquam *pharmaca*, ſ. ſanitatis vitaeque ſubſidia. Ita duplici ſenſu, bono nempe & malo, peculiares iſtae deleteriorum ciſtae mentiuntur & non mentiuntur venenorum receptacula, eaque tenus reliquis *fraudibus pharmaceuticis* vel adnumerandae ſunt, vel non adnumerandae. Idem eodem haud adeo ambiguo ſenſu ſtatuendum eſt de recluſorum illorum ſic dictorum *venenorum cuſtodia*, quam leges ideo tantum imperant,

ne reapſe exſiſtant venena, quoniam vſus illorum liberior abuſui adeo facile obnoxius foret. Ceterum reliquas pyxides, liberiori vſui patentes, parili modo reformidanda ignorantibus venena aeque bene, ac optima alias medicamenta, recondere, ex dictis planum eſt.

§. LXXXV. Ecce TIBI haec, qui aliis inde mederi audes! TIBI pariter, quiſquis es, qui boni etiam viri nomen in tua tueris praxi medica! *Bonus* in illa *vir* peſſimus etiam eſſe poteſt Practicus. Cuius enim heic, vbi de corio humano luditur, *ignorantiam* excuſat *bona* ceteroquin ipſius *voluntas?* Sanitatis officinae vna mortis ſunt officinae. *Venena* non tantum ſunt, quae hoc nomine in illis ſecluſa adſeruantur: *venena* etiam ſunt reliqua *mixta pharmaceutica*, imprudenter vſurpata, vt vt liberiori vſui expoſita, qui abuſum neutiquam tollit, quo certiſſime in venena cedunt vel optima alias pharmaca. Ecce TIBI haec, friuole medicaſter! TIBI pariter, qui, inconſulto Medico rationali, TVAM inde petis ſalutem! Caue! Mors in olla! Venena ſunt in iſtis pyxidibus, ni recte iſtis vti noueris. Caue, caue, quiſquis vel ipſe aegrotas, vel alteri aegrotanti mederi cupis, ne medelae loco venenum, vitae loco mortem, inde petas, adeoque veneficii in te ipſo, homicidiique in aliis reus, hominis nomine indignus deprehendaris.

§. LXXXVI. Eheu, bone DEVS! quanta hac in re eſt hominum leuitas, quanta ſaepe etiam impudentia! Quot quotidie illorum hodie talia veneficia homicidiaque! Multa inter nos peccata: clamantia vero apud TE, ſanitatis vitaeque noſtrae Auctor benigniſſime! Itane, ſtupendum! ius vitae ac necis in ſua ipſorum damna ſibi vindicant miſeri, vitaeque peruerſitate in ſanitatis, & ſub ipſa ſanitatis peruerſa cura, vel potius incuria, in vitae ipſius, ipſis tantopere deamatae, ruinam ſeſe incurioſiſſime ſponteque praecipitantes?

§. LXXXVII. Eſt proinde, ſed parum eſt, legibus ſancitum eſſe, vt pharmacopolia maioribus auſpiciis ſubiiciantur, vt eorum praeparata certis temporibus viſitentur, vt ſub eius modi viſitationibus venenis illis praecipue proſpiciatur. Etenim pharmaceutica vel optime praeparata, curioſiſſimaque illorum cuſtodia non dum iſta tollunt *veneficia* atque *homicidia*. *Vſus eorum praeparatorum* illa efficit. Ignorantia itaque & incuria illis vtentium, *Medicaſtrorum* nempe *promotorum* & *non promotorum*, iſthaec mala pariunt arceſſuntque ex optimis etiam officinis pharmaceuticis. *Pharmacopolarum fraudes*, quantumvis ſaepe tectae ſatis nimiſque ſint frequentes, facilius tamen evitantur praecaventurque, quam doloſa & frivola iſtorum auſa, qui artis noſtri ignari, immo haud raro ignariſſimi, ſanitatis inde auxilia petunt, horum loco plerumque pro aegrotis ſuis venena accipientes. Quam igitur, quaeſo, optandum eſſet, vt, praeter *Pharmacopolarum* cuſtodes, *Practicorum* quoque peculiares in republica cuſtodes conſtituerentur, aut Superiorum providentia iam conſtituti, in illorum praxi vel ſupprimenda, vel corrigenda, oculatiores ſeverioreſque ſe praeberent! Id quod ſane ipſi, hoc in foro bene merentes, ſibi nec ingratum, nec inglorioſum reputaverint. Sed manum de tabula! Haec enim talia cum pluribus aliis ad *Cel.* FVRSTENAVII aliorumque cordatiorum medicinae Antiſtitum *deſiderata medica* referenda eſſe equidem ſentio.

§. LXXXVIII. De *venenis*, praeter iam dicta, etiam hoc docet experientia, quod non omnia omnibus animatis aeque ſint deleteria, immo, quod, quae aliis optima ſaepe præbent *alimenta*, aliis ſumma ſint *venena*. Ita iam ARISTOTELES *Lib. I. de plantis* ſcripſit, καρπούς τινας ἡμῖν μὲν ἀβρώτους, ἄλλοις δὲ βρωσίμους, ὥς ἐστιν ὁ ὑοσκύαμος, καὶ ὁ ἐλλέβορος, ἀνθρώποις μὲν δηλητήριον, τροφὴ δὲ τοῖς ὄρτυξιν. Quod ipſum adſerit LVCRETIVS, *Lib. IIII.* ita canens:

Praeterea nobis veratrum eſt acre venenum,
At capris adipes & cortunicibus auget:
Quippe videre licet, pingueſcere ſaepe cicuta
Barbigeras pecudes, homini quae eſt acre venenum.

Quam itaque fallacia ſint, quod in tranſcurſu notari velim, *experimenta* circa *cibos* & *medicamenta*, in aliis animalibus capta, quamque perperam ad res noſtras eadem adplicentur, in propatulo eſt. Indidem quoque manifeſtum eſt, non exſiſtere *venena vniuerſalia*. Diſtinguenda hinc ſunt ab aliis venenis, quæ *homini venena* ſunt. *Hominis* autem *venena* ſemper quoque ſunt *homini venena*, ſaltem illi ipſi, cuius corpori ſunt ingenerata.

§. LXXXIX. *Homini venena* eſſe *corroſiua*, eademque etiam paene omnia talia eſſe, eorum *effectus* docent & *analyſis chymica*. Videri hinc poſſet, *homini venena* ſola eſſe *corroſiua*. Verum plura eſſe, ex tectiore, ſoliſque iis, quos congruis aduerſus illa antidotis pugnare oportet, ſcienda *venenorum* patet *hiſtoria*. Quamquam vero corroſiua ſola homini venena non ſunt, ſunt tamen praecipua, atque inde praecipuus etiam illis heic adſignatus eſt locus. Quoniam quoque *ſola* non ſunt, in hoc *Conſpectu* non ponuntur *venena*, ſed *corroſiua venenoſa*: *venena* autem *corroſiua* ideo heic non ponuntur, tum, quia non agitur de venenis ex profeſſo, tum, quia opponenda fuerunt *corroſiuis medicatis*.

§. LXXXX. Sub *ſalſis* illa ponuntur, quia re vera ſunt talia. Id enim eorum tam *praeparatio*, quam *analyſis*, comprobat. A potiori autem hiſce adnumerantur, quoniam alia plerumque habent immixta. Vix enim vllum plane *ſimilare mixtum* in noſtras cadit manus oculoſque. A potiori igitur dicta, in ſeque ſpectata *corroſiua*, ſunt ſalſa concentrata. *Corroſiua* eadem dicuntur ab effectu. Experientia teſte, eo magis ſunt corroſiua, quo magis ſunt concentrata. Exempla praebent *ſpiritus vitrioli*, improprie ſic dictus, & *oleum vitrioli*, itidem minus proprie ita adpellatum.

§. LXXXXI. Deprehenduntur haec (§. *praec.*) in omnibus naturae regnis, magis minuſue concentrata, alia aliis immixtis modificata. Siue vero obtundatur, ſiue acuatur heterogeneis corroſiua illorum indoles, ſalſa tamen eorumdem ſpicula ita diſ-

posita, eoque vsque sibi relicta ac liberata sunt, vt in angustius coacta non tantum pungant, sed & corrodant dissoluantque partes corporis nostri solidas. Alios in fluidis edunt effectus funestos. Maxime autem vel coagulando, vel dissoluendo, agunt. Plura alia illorum sunt discrimina, quae proferri potuissent. Praecipua tamen, & tam in *theoria*, quam *praxi medica*, obseruatu vtilissima sunt, quae hoc in *Conspectu* dedi: vbi nempe in *acida*, *alkalina*, & *acido - alkalina* diuiduntur, singulaque porro in *volatilia* & *fixa* subdiuiduntur.

(*tt*).

§. LXXXXII. Tantum de *salibus mixtis*. Separatim *mitiora* nunc *salsa* exhibentur, ob doctrinae, de illis instituendae, *vsum* multiplicem, *diaeteticum* maxime ac *pharmaceuticum*. Plurimas enim *morborum scaturigines* aperiunt *salsorum*, etiam *non corrosiuorum*, *abusus* & *non vsus*. *Praesulsa* & *insulsa diaeta* pariter, ac *therapia*, saepissime exsistit morbifica, parique adeo studio praecauenda & remouenda est, ac *salsa* & *insulsa pathologia*. Alii, praeiudicata opinione imbuti, *salsa* ingenerandis *calculis* fauere, haec reformidant, insulsamque eligunt diaetam, modo non ipsi interdum Medici ita essent insulsi, vt sale condita nimis anxie prohiberent. Alii ex aduerso, *salia* pro optimis *resoluentibus* ac *digerentibus* habentes, vsum eorum vbique amant & commendant. Ipsi iterum *praesulsi Medici*, qui toties iteratis suis *salibus purgantibus*, toties repetitis suis *nitrosis*, praesertim in vulgari *puluere temperante*, plurimorum ventriculis infesto, digestionis officinam misere lacessunt.

(*vv*).

§. LXXXXIII. *Sulfuris inebriantis* virtute praedita omnino sunt qualiacumque *opiata*, meritoque in sulfureorum familia ponuntur *strictius dicta*, vtpote potentissima. *Strictius* autem *dicta opiata* heic indicantur, quia alia quoque sunt *inebriantia*, minus *concentrata*.

(*ww*).

§. LXXXXIV. *Sulfura*, aëre euecta, *halituosa* rectius dicuntur, quam *vaporosa*.

(*xx*).

§. LXXXXV. *Efferuescentia* heic non nominantur, quia de *sulfureis* sermo est, & *efferuescere* etiam dicuntur sola *salsa*, in conflictum deducta.

§. LXXXXVI. Ad plenariam vsque mixti destructionem continuata fermentatio haud male forsan adpellatur *putredo*. Putrescentium internorum notabile exemplum est vermium, in C. H. enectorum, inque putredinem abeuntium, colluuies, quae atrocissimorum morborum fomitem praebet.

(*yy*).



(yy).

§. LXXXXVII. *Calida* heic nominantur, non *ignita*, quia haec ſub illis comprehenduntur: vnde nec *fulmina*, nec alia *ignita*, aut *feruida*, excluduntur. *Calida* porro, non *calefacientia*, vt in ſeqq. *frigida*, non *refrigerantia*, nominantur, quia de *calefacientibus* & *refrigerantibus* alibi eſt dicendum. Omnia *calida* etiam ſunt *calefacientia*, & omnia *frigida* pariter etiam ſunt *refrigerantia*: ſed neutra enuntiatio eſt reciprocabilis. Vnde *calefacientia* & *refrigerantia* diuiduntur in *actu* & *potentia* talia.

(zz).

§. LXXXXVIII. *Lucis* & *lucentium* morbifici in *viſionis organis* effectus ſunt notiſſimi.

(aaa).

§. LXXXXVIIII. Aqua, vt vt medicina vniuerſalis eſſe perhibeatur, morborum tamen quoque exſiſtit genitrix. Nimis *humectantia* laxant, tonum frangunt, ſpiritus vitales debilitant.

(bbb).

§. C. Haud minus obſcuri eſſe poſſunt morboſi effectus *terreorum*, *pulueruIentorum*, aëre inſpiratorum, naribuſque & pulmonibus exceptorum, *calcareorum*, ſub aquarum petrificantium vſu ingeſtorum; aliorumque, medico etiam vſu receptorum, *gypſeorum* maxime. Notatu dignum, nec valde adhuc ſatis notum exemplum ſuppeditat *puluis* iſte *Viennenſis albus*. Paria damna infert reliqua *terreſtris praxis medica*.

(ccc)

§. CI. Nocentium *ſtructorum* plurima ſunt, vt *nuclei*, *oſſicula*, *glandes*, *feſtucae*, *ſpinae*, *acus*, *cultri*. Praeſertim huc pertinent *machinae*, *faſciae*, aliaque *inſtrumenta chirurgica*, male adplicata.

§. CII. Finiat hanc de *viribus* & *morbis virium C. H.* commentationem monitum, quod ſcripſit M. MANILIVS *Lib. IV.*

v. 923.

Ne contemne tuas, quaſi paruo in corpore, VIRES.

v. 929.

Quod valet, immenſum eſt - - - -
Sic animi ſedes, tenui ſub parte locata,
Per totum anguſto regnat de limine corpus:
MATERIAM *ne quaere meram, ſed perſpice* VIRES.